factoq; puncto.a.centro ƀm ipsius quantitatem describatur circulus.b.d.e.intra quē per primam huius coaptetur linea.b.d.equalis linee.a.c.et producantur due linee.d.a.d.c.dico triāgulū.a.b.d.eē ǭlis ꝓponit̄: circūscribat̄ circul⁹ q̄ sit d.c.a. per.5.huius triangulo.d.c.a.quia ergo linea.d.b.est equalis .linee.a.c.erit quod fit ex.a .b. in.b.c .equale quadrato linee. b.d. quare per vltimam tertii. b.d. linea est contingens circulum.d.c.a.⁊ per.31.eiusdem angulus.c. d.b. est equalis angulo.c.a.d.posito ergo cōmuni angulo.c.d.a.erit totus angulus.b.d.a. equa/ lis duobus angulis.c.a.d.c.d.a.sed per.32.primi angulus.b.c.d.est eq̄lis eisdē quia extrinsecus ad ipsos.ergo angulus.b.d.a.est equalis angulo.b.c.d.⁊ q: an/ gulus.a.d.b.est equalis angulo.a.b.d.per.5.primi:eo ꝙ latera.a.d.⁊.a.b.sūt e/ qualia.erit angulus.b.c.d. eq̄lis angulo.c.b.d.ergo per.6.primi: linea.c.d.est e/ qualis linee.b.d.quare ⁊ linee.c.a.ergo per.5.primi:angulus.c.a.d.est equalis an gulo.c.d.a.quia ergo vterq; anguloꝝ c.d.b.⁊.c.d.a.ē eq̄lis āgulo.c.a.d. erit tot⁹ angul⁹.b.d.a.dupl⁹ ad āgulū.d.a.b.⁊ iō angul⁹.a.b.d.sibi eq̄lis.dupl⁹est etiā ad angulū.b.a.d.qḋ est propositū. ¶ Forsan dicet aduersarius circulū.d.c.a.circūscri ptum trigono partiali secare circulum.b.d.e in aliquo puncto arcus.b.d.ita ꝙ si/ mul secabit lineam.b.d.vnde ipsa non erit circulo applicata.sicut in demonstra/ tione supponitur. sed ipsum secans. Sit ergo si possibile est vt ponit aduersarius ⁊ a puncto.b.ducatur ad ipsum circulum minorem contingens.b.f.⁊ ducantur li/ nee.f.a.f.d.eritq; per penultimā tertii qḋ fit ex.a.b.in.b.c.equale quadrato .b.f. ergo.b.f.est equalis.b.d.quare per.5.primi angulus.b.f.d.est equalis angulo .b. d.f.⁊ quia per.31.tertii angulus.b.f.a.est equalis angulo.a.d.f.erit angulus .b.d f.maior angulo.a d.f.quod est impossibile.cum ipse sit pars eius. ¶ Aliter possu/ mus istud refellere ⁊ ostendere ꝙ ille minor circulus nullo modo secabit lineā. b.d forsan enim diceret ꝙ secaret eam non secando arcum.d.b.maioris circuli. Si enī possibile est ꝙ secet eam.sit hoc in puncto.b.eritq; qḋ fit ex.a.b.in. b.c. equale ei quod fit ex.d.b.in.b.b.Demonstratum est enim supra penultimā tertii ꝙ si ab ali/ quō puncto extra circulum signato quotlibet linee secantes ad circulum ducantur que sub totis ⁊ earum portionibus extrinsecis continentur.equalia sunt adinuicē: ⁊ quia quod fit ex.a.b.in.b.c.est equale quadrato.b.d.erit qḋ fit ex. d.b. in.b.b. equale quadrato.d.b.quod est impossibile per scdam scdi:quare cōstat ꝓpositum ¶ Et nota ꝙ minor circulus necessario secabit maiorē ⁊ abscindet ab eo arcū vnū equalem arcui.b.d.⁊ maior abscindet similiter ab eodem vnum arcum equalē ar/ cui.d.c.Quod sic probat̄.si enim minor non secat maiorem.contingit ergo ipsum in puncto.d.⁊ quia per.11.tertii circulorum se contingentium centra.⁊ punct⁹ con tactus sunt in linea vna.erit centrū minoris circuli in linea.a.d.propter hoc ꝙ in ea est centrum maioris ⁊ punctus contactus.ergo per.17.tertii angulus.a.d.b.est rectus quare similiter ⁊ angulus.a.b.d.sibi eq̄lis ē rectus qḋ ē impossibile.per.32. primi:Secet ergo ipsū in punctis.e.d.dico arcum.e.d.maioris esse equalē arcui. d.b.⁊ arcum.e.d.minoris esse equalem arcui.d.c.produco lineas. d.e.c.e.⁊. e.a. eritq; per.26.tertii vnusquisq; quatuor angulorum qui sunt.d.e.c.c.e.a.d.a. c.et a.d.c.equalis alii propter id ꝙ duo arc⁹.d.e.⁊.e.a. sūt eq̄les.p.27.eiusdē q̄re to talis angul⁹.a.e.d.dupl⁹ ē ad angulū.b.a.d.⁊ iō eq̄lis vtriq; angulorum .a.b.d. ⁊.a.d.b.⁊ q: angul⁹.a.e.d.ē eq̄lis angulo.a.d.c.p.5.primi: ꝓpter id qḋ.a. e.⁊.a d.sunt equales a cētro ad circūferentiam.erūt duo anguli.e.⁊.d.trianguli. a.e.d.











equales duobus angulis.d.z.b.trianguli.a.d.b.ergo per.32.primi: reliquus an/gulus.a.vnius est equalis reliquo angulo.a.alterius:ergo per.25.tertii arcus.c.d maioris est equalis arcui.d.b.z per eandē arcus.e.d.minoris est equalis arcui.d.c.z hoc est quod proposuimus.



Propositio .11.

Intra datum circulū equilaterum.atqꝫ equiangulū pen thagonum describere.

¶Sit datus circulus.a.b.c.volo intra ipsum describere penthago/num vnū equilaterū atqꝫ equiangulū.designo triangulū vnū qualeꝫ premissa proponit.qui sit.2.cui aliuꝫ equiangulum intra datū circu lum describo.sicut docet secūda huius:qui sit.a.b.c.sitqꝫ vterqꝫ angulorum.a.b.c z.a.c.b.duplus ad angulum.c.a.b.vtrūqꝫ eorum diuido per equalia ductis lineis b.e.z.c.d.eruntqꝫ per.25.tertii.5.arcus in quos.5.puncta:a.d.b.c.e.diuidūt cir culum adinuicē equales.propter id qd quinqꝫ anguli qui in dictos arcus cadunt sunt adinuicem eqles.continuatis igitur illis quinqꝫ pūctis per lineas rectas que sunt.a.d.d.b.b.c.c.e.z.e.a.erit penthagonus.a.d.b.c.e. inscriptus dato circulo qualis proponitur:est enim equilaterus per.28.tertii cū.5.arc9:quorū eius quinqꝫ latera sunt corde:sint ad inuicem equales:z etiam equiangulus per.26.eiusdem eo ꝙ quinqꝫ arcus.d.a.e.a.e.c.e.c.b.c.b.d.z.b.d.a.in quos anguli ipsius pentha/goni cadunt sunt adinuicem equales:sicqꝫ constat propositum.



Propositio .12.

Circa propositum circulum pēthagonum equilaterū atqꝫ equiangulum designare.

¶Sit propositus circulus.a.b.c.cuius centrū.f.volo circa ipsuꝫ de/signare penthagonū equilaterū atqꝫ equiangulum.supra circumferen tiam ipsius circuli quasi sm doctrinam premisse sibi inscripsissem pē thagonum quinqꝫ puncta angularia notabo.que sunt.a.d.b.c.e.ad que cētra du cam lineas.f.a.f.d.f.b.f.c.f.e.z ab eisdem punctis educam perpendiculares ad istas lineas in vtranqꝫ partem quousqꝫ concurrant in punctis.g.h.k.l.m.eruntqꝫ hee linee contingentes circulum per corelarium.15.tertii:z ad ista pūcta concur/sus ducam a centro lineas.f.g.f.h.f.k.f.l.f.m. Et quia monstratum est super pe/nultimā tertii ꝙ si ab aliquo puncto extra circuluꝫ signato due linee contingentes ad ipsū circulum ducant̄ ꝙ ipse erunt equales. erit linea.g. a.equalis linee.g.d.z h.d.h.b.z sic de ceteris.Et qm̄ quinqꝫ arcus i quos quinqꝫ puncta.a.d.b.c.e.di/uidunt circulum.sunt adinuicem equales.erunt per.26.tertii quinqꝫ anguli.a.f.d d.f.b.b.f.c.c.f.e.e.f.a.consistentes super hos arcus in centro.f.sibi inuicem equa les.Sunt autem duo latera.a.g.z.f.a.trianguli.f.g.a. equalia duobus lateribus d.g.z.f.d.trianguli.f.g.d.z latus g.f.cōmune.ergo p.8.primi:duo anguli eorū q̄ sunt.a d.f.Itēqꝫ duo anguli qui sunt.a d.g.sunt adinuicem equales. eadē rōne duo anguli qui sunt.a d.f.in triangulis.d.f.h.z.h.f.b.Itemqꝫ duo qui sunt .a d b.sunt adinuicem equales.Similiter quoqꝫ singuli trium reliquorū angulorū qui sunt.b.f.c.c.f.e.e.f.a.z singuli triū.qui sunt.k.l.m.diuidant̄ p equalia.primi qui dem per lineam.f.k.secundi per lineā.f.l.tertii vero per lineā.f.m. z quia hii tres anguli qui sunt.b.f.c.c.f.e.e.f.a.sunt sibi inuicem equales z aliis duob9 q̄ sūt.a.f d.z.d.f.b.equales erunt eorum dimidia que sunt decē anguli facti in centro.f.ad/

inuiceꝫ equales. Quia igitur duo anguli.a.⁊.f.trianguli.g.a.f.sunt equales duo/bus angulis.a.⁊.f.trianguli.m.a.f.⁊ latus.a.f. cōmune erit per.26.primi angulꝰ g. vnius equalis angulo.m.alterius ⁊ latus.g.a.equale lateri.a.m.eadem ratiōe erit angulus.g.m triangulo.g.f.d.equalis angulo.b.in triangulo.d.f.b.⁊ latus.g d.equale lateri.d.b.quare quia.g.a.est dimidiū.g.m.⁊.g.d.dimidiū.g.b.⁊.g.a.⁊ g.d.sunt equalia:erunt per cōem scientiā.g.m.⁊.g.b.eorū dupla equalia. Simili/ter quoqꝫ ꝓbabimꝰ.g.m.esse equale.m.l ⁊.m.l.l.k.⁊.l.k.k.b.quare pēthagonꝰ.g b.k.l.m.est equilaterus.sed ⁊ equiangulus: cuꝫ eni duo anguli qui sunt ad.g.sunt adinuicem equales. ⁊ duo qui sunt ad .m.siliter adinuicem equales. ⁊.g. partia/lis.sit equalis.m.ptiali.vtrūqꝫ eni probatū est prius.erit per eandē cōem scientiā g.totalis equalis.m.totali.⁊ eadem rōne ꝓbabis equalitatem in ceteris angulis: quare est equiangulus.sicqꝫ constat propositum.

Propositio .13.

Intra equilateruꝫ atqꝫ equiangulum penthagonum assi gnatum.circuluꝫ describere.

¶ Sit assignatus penthagonus equilaterus atqꝫ equiangulus: quia de aliis nō est necessariū hoc esse possibile.a.b.c.d.volo sibi iscribere circulū.hec est quasi cōuersa.11.duos eius ꝓpiquos angulos qui sunt.a.⁊.c.diuido per equalia ductis lineis.a.f.⁊.c.f.donec cōcurrāt in pūcto.f.itra ipsum penthagonum quē dico esse centrum circuli: cōcurrent enim propter id quod dimidiū totalis anguli.a.⁊ similiter totalis anguli.c.minus ē angulo recto. ¶ Si enim intra penthagonum non cōcurrēt.aut extra ipsum penthagonum aut in latere pēthagoni.aut in eius angulo: qui vtriqꝫ angulorū diuersoꝝ opponitur. Concurrāt ḡ primo extra in pūcto.f.⁊ ducatur linea.b.f.⁊ quia duo latera. c.a.et a.f.trianguli.c.a.f.sūt equalia duobus lateribus.b.a.⁊.a.f.trianguli .b.a.f.⁊ angulus.a.vnius angulo.a.alterius erit per 4.primi basis.c.f.equalis basi. f.b. ⁊ qꝛ angulus.a.partialis ē equalis angulo.c.partiali.propter id qd.a.totalis.c. totali erit per.6.primi.f.a.equalis.f.c.quare.f.a. est equalis.f.b. ergo per.5.primi duo anguli.b.totalis.⁊.a.ptialis sunt eq̄les.quare.a.ptialis ē eq̄lis vł maioꝛ.a. totali qd est impossibile. Concurrāt ergo in pūcto.f.super latus.b.c .eritqꝫ arguendo ꝑ premissas ⁊ premisso modo angulus.a.ptialis equalis angulo .a.totali quod est impossibile. Quod si forsan concurrant in angulo.c.erit per easdeꝫ ⁊ eodē modo c.b.equalis.c.a.⁊ ideo ad huc ut prius angulus.a.partialis equalis angulo .a.totali. Qd qꝛ hoc ēe nō potest sit ergo punctus concursus qui ē.f.infra penthagonū a quo duco.5.perpendiculares ad eius.5.latera.que sint.f.g.f.h.f.k.f.l.f.m .e ad duos eius angulos ꝓpinquos altrinsecus angulis per equalia diuisis qui sunt .b. ⁊.d.duco lineas.f.b.f.d.⁊ quia duo anguli.a.⁊.m.trianguli.a.f. m. sunt equales duobus angulis.a.⁊.g.trianguli.a.f.g.⁊ latus.a.f. cōmune erit per.26.primi.f. m.equalis.f.g.per eandem quoqꝫ probabis.f.l.equalem.f.m.sumptis duobꝰ tri/angulis.⁊.f.m.⁊.e.f.l.quia iterum duo latera.a.f.⁊.a.b.trianguli.a.f. b.sūt equalia duobus lateribus.a.f.⁊.a.e.trianguli.a.f.e.⁊ angulus.a.vnius.angulo.a:al/terius erit per.4.primi angulus.b.partialis equalis angulo.c. partiali. ⁊ quia.b. totalis equalis est.e.totali:⁊.e.totalis diuisus est per equalia erit etiam.b.totalis diuisus per equalia. ¶ Eodem modo probabis.d.totalē diuisum per eq̄lia ꝓpter equalitatem.d.partialis ⁊.a.partialis sumptis triangulis.e.a.f.⁊. e.d.f. qꝛ ergo





duo anguli.g.⁊.h.trianguli.g.f.h.sunt equales duobus angulis.h.⁊.b. trianguli h.f.b.⁊ latus.f.h.cõe erit per.26.primi.f.h.equalis.f.g.¶ Eodem modo ꝓbabis f.k.equalem.f.l.sumptis triangulis.l.f.d.k.f.d.qm̃ igitur.5.linee.f.g.f.h.f.k.f.l. ⁊.f.m.sunt equales.erit.f.centruȝ circuli.per.9.tertij.qué describemus ẜm quãtitatem vnius earum.⁊ tanget omnia latera penthagoni.ꝓpter equalitatem linearũ.⁊ nullum eorum secabit per primam ꝑtem.15.tertij.sicqȝ cõstat ꝓpositum.

Propositio .14.

Circa datum penthagonum qđ sit equilaterum. atqȝ equiangulum circulum describere.



¶ Sit vt prius datus penthagonus equilaterus atqȝ equiangulus. quia de alijs non est necessariũ hoc esse possibile.a.b.c.d.e.volo circa ipsum describere circuluȝ.hec est quasi conuersa.12.Duos eius ꝓpinquos angulos qui sunt.a.⁊.e.diuido ꝑ equalia ductis lineis.a.f.⁊.f.e. quousqȝ concurrant intra ipsum penthagonũ in puncto.f.cõcurrent enĩ ⁊ intra pẽthagonum vt ꝓbatum est in premissa.⁊ a puncto cõcursus duco ad reliquos angulos lineas que sint.f.b.f.c.f.d.⁊ q: duo latera.a.f.⁊.a.b.trianguli.a.f.b.sunt equalia duobus lateribus.a.f.⁊.a.e.trianguli.a.f.e.⁊ angulus.a.vnius angulo: a. alteri⁹ erit ꝑ.4.primi.f.a.equalis.f.e.⁊ angulus.b.ꝑtialis angulo.e.ꝑtiali.⁊ quia.b.totalis est equalis.a.totali.⁊.e.totalis diuisus est ꝑ equalia.erit similiter.b.totalis diuisus ꝑ equalia.hoc quoqȝ modo ꝓbabis vtrũqȝ angulo℞.c.⁊.d.diuisum esse per equalia.⁊.5.lineas.f.a.f.b.f.c.f.d.f.e.esse equales.quare ꝑ.9.tertij.f.erit centruȝ circuli.sicqȝ patet ꝓpositum.

Propositio .15.

Intra propositum circulum.exagonum equilaterum atqȝ equiangulum describere.¶ Ex hoc itaqȝ manifestum est ꝙ latus exagoni equũ est dimidio diametri circuli cui inscribitur.



¶ Sit ꝓpositus circulus.a.b.c.d.cuius centrum. e. volo sibi inscribere exagonum equilate℞ atqȝ equiangulũ.ꝓduco diametrum.a.e.c.⁊ ẜm quantitatem semidiametri.e.c.facto centro puncto.c.describo circulum.e.b.d. secantem priorẽ in duobus punctis.b.d.a quibus ꝓduco duas diametros in circulo primo que sint.b.e.g.d.e.f.trium ergo diametro℞ extremitates coniungo.6.lineas que sunt.a.f.f.b.b.c.c.d.d.g.⁊.g.a.quas dico continere exagonum quesitum.erit enĩ vt demonstrat prima primi vterqȝ triangulo℞.b.e.c.c.e.d. equilaterus. quare et equiangulus ꝑ.5.eiusdẽ ergo ꝑ.32.primi duo anguli.b.e.c.⁊.c.e.d.cũ vno equali vni eorum sunt equales duobus rectis ꝓpter id qđ quisqȝ eo℞ ẽ tertia duorum rectorum.sed ipsi ꝑ.13.eiusdẽ cũ angulo.d.e.g.sunt equales duobus rectis.ergo angulus.d.e.g.e equalis vtriqȝ eo℞.quare ꝑ.15.eiusdẽ.6.anguli.qui sunt ad.e.sunt adinuicẽ equales.ergo ꝑ.25.tertij arcus in quos cadũt sunt equales.quare ⁊ eorũ corde ꝑ.28.eiusdẽ qui sũt latera ipsi⁹ exagoni.Equilater⁹ igitur ẽ sed ⁊ equiangul⁹ ꝑ.26.tertij ꝓpter id qđ sex arcus in quos angularia puncta exagoni diuidũt circulũ bini ⁊ bini sũpti sũt adinuicẽ equales.vt arc⁹.a.f.b.arcui.f.b.c.⁊ iõ angulus.f qui cõsistit in p̃mo ẽ eq̃lis angulo.b:qui cõsistit ĩ scđo. idẽ in ceteris.quare cõstat ꝓpositum.¶ Correlarium ex hoc patet ꝙ dimidiũ diametri ⁊ latus exagoni sunt

latera eiusdem trianguli equilateri. vt.e.c.τ.c.b.τ.c.d. ¶ Et nota q non propo/
nitur circa propositum circulum exagonum equilaterum atq; equiangulum desi/
gnare. Nec intra talem exagonum aut circa talem circulum describere. quéadmo/
dum fecit de triangulo quadrato τ penthagono. non qz non sit necessariū hoc eē
possibile. sed quia hec tria per eadem precepta fiunt in penthagono equilatero et
equiangulo. τ in omni figura equilatera. atq; equiangula quecunq; fuerit. Unde
quamcūq; figurā equilaterā τ equiangulā scimus circulo inscribere: eandē circulo
extra. τ circulū sibi intra τ extra: hisdem medijs per que hec in penthagono fecim⁹
describemus. ¶ Nota etiam q omnis figura equilatera circulo inscripta. aut cir/
cūscripta est etiā necessario equiangula. de inscripta patet per. 27. τ. 26. tertij sum
ptis arcubus circuli. quibus latera inscripte figure corde sūt binis τ binis. In hos
eni arcus ipsius figure anguli cadunt. De circūscripta autē ductis a circuli centro
lineis ad omnes eius angulos. τ ad loca cōtactus facile probabis. si plene intelle/
cte demonstrationi. 13. huius diligēs intellectus accesserit. erit eni vt omnes ipsi⁹
figure angulos linee a centro venientes p equalia diuidāt. sumptis itaq; quibusli
bet duobus eius pximis lateribus cū linea ad angulū ab eis contentum. τ cū duo
bus ad eorū extremitates a centro venientibus duos triangulos ab eis cōtentos
equiangulos adinuicē. p. 4. primi esse pbabis. Sicq; faciendo de omnibus patebit
eos esse equiangulos p hanc cōmunē sciam quorū dimidia sūt equalia. tota quoq;
esse equalia.

Propositio. 16.

Intra datuz circulum. quindecagonum equilaterum atq; equiangulū designare. ¶ Deinde circa quēlibet circulū assignatuz quindecagonum equilaterum atq; equiangulum atq; intra datum quindecagonuz circulū describere



¶ Sit datus circulus. a. b. c. volo sibi inscribere quindecagonū equi
laterum τ equiangulum. deinde etiam circūscribere atq; intra talem quindecago/
num ppositum circulum describere. Non pponit autem circa talem quindecago/
num circulū describere. quia hoc satis dat intelligere p alia que pponit. In dato
circulo iuxta doctrinā secunde huius. ptrabo latus trianguli equilateri. q sit. a. c
τ iuxta doctrinā scdi latus penthagoni equilateri atq; equianguli qđ sit. a. b. Et
quia arcus. a. c. est totius circūferentie tertia: cuius arcus. a. b. est quinta. erit sup/
fluum inter eos qđ est arcus. b. c. due tertie: arcus. a. b. vel due quinte arcus. a. c. si
ue due quintedecime totius circūferētie Nam in omni toto excedit tertia quintā.
in duabus tertijs ipsius quinte. vel in duabus quintis ipsius tertie. siue in duab⁹
quintis decimis totius. hoc eni patet in quinta τ tertia pmi numeri habētis quin
tam τ tertiam qui est. 15. eius enim tertia que est. 5. excedit eius quintam que ē tria
in duabus vnitatibus que sunt due tertie ipsius ternarij qui ē quinta. vł due quin
te ipsius quinarij qui est tertia siue due quintedecime ipsius. 15. qui est totū. diui/
so igitur arcu. b. c. per equalia. in. d. patet vtrumq; duorum arcuum. c. d. τ. d. b.
esse tertiam arcus. a. b. vł quintam arcus. a. c. siue quintādecimā totius circumfe/
rentie. subtensis igitur eis cordis. c. d. τ. d. b. coaptatisq; continue intra datum cir
culum sibi equalibus per primam huius complebitur figura proposita. ¶ Cetera
vero duo que proponit cū tertio q dat intelligere videlicet quindecagonū circulo

circumſcribere ac circulum quindecagono inſcribere ac etiam circumſcribere ex.12.
13.⁊.14.huius plene intellectis facile perficies. ¶Et nota ꝙ quamcunqꝫ figuram
equilateram circulo ſcimus inſcribere duplo plurium laterum circulo ſcimus inſcri
bere ⁊ circũſcribere.⁊ ipſi circulum.diuiſis eni arcubus quibus latera eius q̄ ſcitur
inſcribi ſubtenditur.per equalia ⁊ a punctis medijs ad extremitates laterũ ipſius
figure ductis lineis fiet intra circulum figura duplo plurium laterum que erit equi
latera per.28.tertij.ergo ⁊ equiangula.hoc enim demonſtratũ eſt ſupra.15.huius
ꝙ omnis figura equilatera circulo inſcripta eſt etiam equiangula.Et quia hãc cir/
culo ſcimus inſcribere ſciemus cetera tria per.12.13.⁊.14.huius. ¶Quia igitur ſci
mus inſcribere triangulum equilaterum: ſciemus per hoc ⁊ exagonum ⁊ per exa/
gonũ duodecagonũ ac per duodecagonuꝫ figuram.24.laterum. ⁊ ſic in infinitum
duplando.Et licet per triangulum poſſit vt diximus inſcribi exagonus.poſuit ta/
men huius propriã demonſtrationẽ ex qua ſequitur potiſſima pervtile. Et ſimili/
ter quia ſcimus ⁊ inſcribere quadratum ſciemus per hoc inſcribere omnem figurã
cuius laterum numerus eſt pariter par.per penthagonum quoqꝫ ſciemus decago
num.⁊ figurã.20.laterum.ſicqꝫ continue duplando.idem quoqꝫ intellige de quin/
decagono.per ipſum enim ſcientur figure.30.⁊.60.⁊ omnium continue duplatoꝝ
laterum.¶Ceterarum autem figurarum de quibus iſta non docet. vel que ꝑ has
nõ habenť difficilis eſt ſcientia.⁊ parũ vtilis.vt ſunt eptagona nonagena vndeca/
gona. Qꝺ ſi ſcirem⁹ triangulũ duũ equaliũ laterũ deſignare.cuius vterqꝫ angulo
rum ad baſim triplus eſſet ad reliquũ ſciremus eptagonũ vt ſupra penthagonum
circulo inſcribere.ꝙ ſi vterqꝫ quadruplus eſſet ad reliquũ ſciremus nonagonũ.et
ſi quintuplus.vndecagonũ. Idemqꝫ in ceteris figuris imparium laterum.poſito
vtroqꝫ angulorum ad baſim multiplici ad reliquũ.per eum numerum qui eſt medie/
tas.maximi paris ſub impari numero laterum ipſius figure contenti.

Datũ angulũ in tria equa diuidere. Sit angulus dat⁹.c.volo ipſũ diuidere in
tres eq̄les angulos qꝺ ſic facio.pono p̄mo.c.centrũ circuli deſcribendo circu
lũ q̄litercũqꝫ cõtingat. ⁊ ꝓtrabo latera cõtinentia datũ angulũ vſqꝫ quo ſecẽt cir/
cũferentiã in punctis.a.⁊.b.tunc a puncto.c.qꝺ eſt centrũ circuli duco lineã. c.d.
perpendicularẽ ad lineã.c.b.⁊ in linea.c.d.aſſigno punctũ.e.a quo duco lineam
ad equalitatẽ.c.b.vſqꝫ quo ſecet circũferentiã circuli in puncto.f. ⁊ ꝓduco .e.vſqꝫ
a.deinde protrabo lineã.g.h.equidiſtantẽ.f.a.que ſcꝫ.g.h.tranſeat per centrũ.⁊
duco lineam.f.g.equidiſtantẽ linee c.e.⁊ protrabo lineam.c.b.incontinuũ ⁊ dire/
ctum vſqꝫ ad.l.que ſecat lineã.f.g.orthogonaliter in puncto.o.⁊ per equalia. dico
ergo ꝙ arcus.l.g.eſt equalis arcui.h.b.propter hoc.ꝙ angulus.l.g. c. eſt equalis
angulo.h.c.b.cũ ſint contra ſe poſiti.Cum igitur arcus.f.g.ſit duplus arcui.l.g.
erit etiã duplus arcui.h.b.ſed arcus.f.g.eſt equalis arcui.a. h.cũ ſint inter duas
lineas equidiſtantes que ſunt.f.a.⁊.g.h.ergo arcus.h.a.eſt duplus arcui.h.b.er/
go ⁊ angulus.a.c.h.eſt duplus angulo.h.c.b.diuidam ergo angulum.a. c.h. per
equalia per lineam.c.m.⁊ patet propoſitum.



Intra datũ circulũ nonãgulũ equilateꝝ atqꝫ eq̄ãgulũ deſignare.qꝺ ſic fieri po/
teſt iuxta doctrinã ſcꝺe hui⁹.inſcribã circulo aſſignato triangulũ eq̄lateꝝ atqꝫ
eq̄angulũ q̇ ſit a.b.c.⁊ vnũquẽqꝫ anguloꝝ ei⁹ diuidã ꝑ tria eq̄lia ⁊ protrabã lineas
diuidẽtes angulos vſqꝫ ad circũferentiã ⁊ tunc.q̄ꝛ nouẽ anguli locati in circulo ſũt
equales de neceſſitate arcus ſuppoſiti ipſis angulis ſunt equales. protrabã enim



cordas subtractas singulis arcubus & habebo intentum. ¶ Explicit liber quartus incipit liber quintus.

Diffinitio .1.

Pars est quantitas quantitatis minor maioris cum minor maiorem numeret.

¶ Pars quādoqз sumitur proprie: & hec est q̄ aliquotiens sumpta suum totum precise constituit: sine diminutione vel augmento: & dicitur suum totum numerare per illum numerum ſm quē sumitur ad ipsius totius constitutionē: talem autem partem quā multiplicatiuā dicimus hic diffinit. ¶ Quādoqз sumitur cōmuniter & hec est quelibet quantitas minor q̄ quotiensc̄ūqз sūpta suo toto minus aut maius constituit. quā aggregatiuā dicimus: eo q cum alia quantitate diuersa totum suū cōstituat: p se aūt quotiensc̄ūqз sumpta fuerit non producat.

Diffinitio .2.

Multiplex est maior minoris quando eaз minor metitur.

¶ Pars relatiue dicitur ad totuз: & in istis duobus extremis consistit corūз adinuicē relatio: & ideo diffinito minori extremo diffinit hic maius: vocat autēз ipsum multiplex propter hoc q minus ipsū aliquotiens sumptuз constituat: erunt igitur relatiue dicta adinuicē: pars & multiplex. Nā omnis pars submultiplex: vt patet per eius diffinitionē.

Diffinitio .3.

Proportio est duarum quantecunqз sint eiusdem generis quantitatum certa alterius ad alteram habitudo.

¶ Proportio est habitudo duarum rerum eiusdem generis adinuicem in eo q earuз altera maior aut minor: est reliqua vel sibi equalis. Non enim soluз in quantitatibus reperitur proportio. sed i pōderibus: potentijs et sonis. In ponderibus quidē & potētijs vult plato i thimeo esse proportionē: vbi elementorum numerū ostendit: in sonis autem esse proportionem liquet ex musica. Nam vt vult Boecius in quarto si quilibet neruus in duas inequales partes diuidatur. erit ipsaruз partiū suorumqз sonorum eadem cōuerso modo proportio. Sз in quibuscunqз proportio reperitur: ea participant naturā ,ppietatēqз quātitatis: nō enim reperitur in aliquibus rebus duabus nisi in eo q earum vna est reliqua maior aut minor. aut sibi equalis. ¶ Quantitatis autem ,pprium est ſm ipsam equale vel inequale dici. vt vult Aristo. in predicamētis. vnde liquet ,pportionē primo in quantitate reperiri. & per ipsam in omnibus alijs Nec esse in aliquibus rebus proportionē cui similis nō sit in aliquibus quantitatibus ,ppter qō bene dixit euclides ,pportionē simpliciter esse in quantitate cum eā diffinit per habitudinem duarū quantitatū eiusdem generis adinuicem ¶ Cuius diffinitionis intellectus ē: q proportio ē habitudo duarum quantitatum adinuicem que attenditur in eo q vna earum est maior aut minor alia vel sibi equalis: p qō patet q oportet eas esse eiusdem generis: vt duos numeros: aut duas lineas: aut duas superficies: aut duo corpora: aut duo loca: aut duo tempora. Non eniз potest

pars multiplicativa
pars aggregativa

proportiones musicales
Dupla dat dyapason
Sexqualtera dyapente
Sexquitertia dyatesseron
Dyapente et dyapason compo[n]unt tripla[m]

proportio denominatur a termino ... [illegible]

proportio ... [illegible]

dici linea maior aut minor superficie. aut corpe nec tempus loco. sed linea. linea & superficies superficie. Sola enim vniuoca compabilia sunt. ¶ Qd autem dicit certa habitudo non sic intelligas quasi nota vel scita. sed quasi determinata: ut sit sensus. Proportio est determinata habitudo duarum quantitatum: ita inquã determinata q̃ hec & non alia. Non enim est necessarium vt omnis habitudo duarũ quantitatum sit scita a nobis: nec etiã a natura. ¶ Nam proportio quedam est discretorum vt numerorum. quedã aũt continuorum. In numeris autẽ minor ẽ pars aut partes maioris vt demonstratur in septimo: quare & in eis omnibus est habitudo certa & nota. ¶ At vero in continuis est proportio magis larga: est enim ĩ eis vbi minor quantitas est pars: aut ptes maioris: & talium omnium mediantibus numeris ẽ proportio nota: que & rationalis dicitur. Dicuntur q3 omnes tales quantitates cõmunicantes: quia eas vna & eadẽ necessario metitur. vnde & omnes numeri sũt cõmunicantes. omnes eni ipsos metitur vnitas. Est etiam vbi minor non ẽ pars. aut partes maioris & in talibus nõ est nota proportio. nec nobis nec nature. Diciturq3 hec proportio irrõnalis: & hee quãtitates incõmunicantes: vnde fit: ut quecunq3 proportio reperitur in numeris reperiatur in omni genere continuorum: vt in lineis superficiebus corporibus & temporibus: nõ autem econuerso: infinite eni sunt proportiones in continuis reperte: quas numerorum natura nõ sustinet. Sz quecunq3 proportio reperitur in vno genere continuorum eadem reperitur ĩ oĩbus alijs. Nam qualitercunq3 se habet aliqua linea ad quãlibet aliam: sic se habet quelibet superficies ad aliquã aliã. & quodlibet corpus ad aliqd aliud: similiter & tempus. sed non sic qulibet numerus ad aliquẽ aliũ: vnde magis ẽ larga proportio in continuis. q̃3 in discretis. Ex quo manifestum est proportionẽ geometricam esse maioris abstractionis: q̃3 proportionem arismeticam: omnis eni proportio circa quã arismetica versatur rõnalis est: geometria vero rõnales & irrõnales eq̃liter considerat.

Diffinitio .4.



Proportionalitas est similitudo proportionum.

¶ Vt si dicamus q̃ que est proportio. a. ad. b. ea est etiam. c. ad. d. proportio que est inter. a. & b. similis est illi que est inter. c. & d. hec autem siĩtudo que ex istis proportionibus resultat dicitur proportiõalitas

Diffinitio .5.

Quantitates que dicuntur continuam habere proportionalitatem: sunt quarum eque multiplicia: aut equa sũt: aut eque sibi sine interruptiõe addunt aut minuunt.

¶ Supposita diuisione proportionalitatis p cõtinuã & discõtinuam diffinit mẽbra diuidentia. & primo cõtinuã ĩmo vt verius dicã: supposita diuisione proportionalium p continue proportionalia & incõtinue: diffinit nõ cõtinuã proportionalitatẽ: nec incõtinuam: sed cõtinue proportionalia & incontinue. diffinitio autem continue proportionalitatis & incõtinue satis patet per diffinitionẽ cõtinue proportionalium & incontinue. ¶ Cõtinua aũt proportionalitas ẽ cũ quotlibet quãtitatũ eiusdẽ generis in qua proportiõe prima antecedit scdam in eadẽ quelibet aliarum antecedit proximo cõsequentẽ. vt cũ dicimus sicut se habet. a. ad. b. ita. b ad. c. & c. ad. d. eritq3 quelibet earum antecedens & consequens: excepta prima que est solũ antecedens: & vltima que est tm̃ cõsequens. Et in hac proportionalitate necesse est omnes quantitates esse eiusdem generis propter cõtinuationẽ propor/



tionū eo ꝙ nō ſit ꝓportio inter quantitates generum diuerſoꝝ: ⁊ hec erit ad minꝰ in tribus terminis conſtituta. ¶ Incōtinua autem eſt cū quatuor quantitatū ſiue omnes fuerint eiuſdē generis ſiue due prime vnius ⁊ due poſtreme alterius: i qua proportione prima antecedit ſcđam in eadē tertia antecedit quartā: vt cū dicimus ſicut ſe habet. a. ad. b. ita. c. ad. d. eritqꝫ earum quelibet: aut tm̄ antecedēs aut tm̄ conſequens: nec eſt neceſſe vt ſint omnes quatuor eiuſdē generis ſicut erat in proportionalitate cōtinua: eo ꝙ cōſequēs prime proportionis nō cōtinuať anteceden ti ſcđe: ſed poſſibile eſt vt ſint eiuſdē generis: ⁊ poſſibile eſt vt ſint diuerſoꝝ. Sicut eni contingit lineā repiri duplam ad lineam aut triplam: ita ſuperficiem ad ſuperficiē: ⁊ corpus ad corpus: ⁊ tēpus ad tempus: ⁊ numerus ad numeꝝ. ¶ Viſo quid ſit continua ꝓportionalitas. ⁊ quid incōtinua explanemus diffinitionē continue ꝓportionaliū premiſſam. Quantitates inquit proportionales cōtinue ſunt quaꝝ eq̄ multiplicia aut ſibi ſunt eq̄lia: aut eq̄ ſibi ſine iterruptione addūt: aut minuūt verbi gratia. Sint tres quātitates eiuſdē generis. a. b. c. ad quas ſumanť. d. e. f. eq̄ multiplicia: vt ſicut. d. eſt multiplex ad. a. ita. e. ſit multiplex ad. b. ⁊. f. ad. c. eruntqꝫ omnes in eodē genere. Multiplicia eni ⁊ ſubmultiplicia in eodē ſunt genere: ſitqꝫ vt. d. e. f. aut ſint equalia adinuicē: aut ſilr̄ ſe habeant in addendo aut minuendo ita ꝙ ſicut. d. addit ſuper. e. aut minuit ab ipſo: ita. e. addat ſup. f. aut minuat ab ipſo. Cū hec inquā multiplicia ſic ſe habuerint erūt tres quātitates. a. b. c. cōtinue ꝓportionales. Multiplicia autē nō intelligas ſilr̄ ſic ſe habere in addēdo aut minuendo quantū ad quantitatē exceſſus: ſed quantū ad proportionē: aliter eni diffinitio eſſet falſa. Nam quarūlibet quantitatū eiuſdē generis equis ſe differentijs excedentium eque multiplicia accepta equis etiā differentijs ſe excedūt: vnde ſilr̄ ſe habent in addendo ⁊ minuendo quantū ad quātitatem exceſſus. Nec tamē priores quātitates ſūt cōtinue proportionales: imo minoꝝ eſt ſemp maior proportio. hoc autē ideo euenit qm̄ eaꝝ multiplicia nō ſilr̄ ſe excedunt quātū ad proportionē. ſed ſolū quantū ad quantitatē exceſſus: eſt eni ⁊ ibi in minoribus multiplicibꝰ maior proportio. verbi gratia: ſumanť tres numeri equis differentijs ſe excedentes: immediate videlicet ariſmetice: vt. 2. 3. 4. horū trium omnes eque multiplices equaliter ſe excedunt. dupli quidē binario tripli ternario. ⁊ ſic de ceteris: nō tamen ſunt. 2. 3. 4. cōtinue proportionalia: imo minoꝝ eſt maior proportio: eſt eni ipſorū ꝓportio ſeſquialtera: ⁊ maioꝝ ſeſquitertia: quare ergo inter eos nō eſt ſimilitudo proportionū. Nō erit inter eos ꝓportionalitas: ⁊ iō neqꝫ continua neqꝫ incontinua. patet ergo ſimilitudinē illam additionis aut diminutionis nō intelligi quantū ad quantitatem exceſſus: ſed quantum ad proportionem: erit itaqꝫ ſenſus diffinitionis premiſſe. Continua proportionalia ſunt quarū omnia multiplicia equalia ſūt continue proportionalia: ſed noluit ipſam diffinitioneꝫ proponere ſub hac forma quia tunc diffiniret idem p idem: aperte tamē rei eſt iſtud cum ſua diffinitione cōuertibile. Tres autem quantitates. a. b. c. oportet eſſe eiuſdē generis ad hoc ut earum multiplicia ſibi inuicem equalia ſint: aut ſimiliter ſe habeant in addendo aut minuendo. Si enim. a. ⁊. b. eſſent diuerſorum generum. eſſent etiā. d. ⁊. e. ipſarum a. ⁊. b. multiplicia eorūdē diuerſorum generum: propter hoc ꝙ multiplicia ⁊ ſubmultiplicia eiuſdē ſūt generis: quare. d. nō eſſet equalis. e. nec ea maior: aut minor. Nam quantitates diuerſorum generum non ſunt adinuicem comparabiles.





Diffinitio. 6.

Quantitates que dicunt̃ eẽ ƀm ꝓportionẽ vnã prima ad secũdã ⁊ tertia ad quartã sunt quaꝝ prime ⁊ tertie multiplices equales multiplicibus secũde ⁊ quarte equalibus fuerint similes vel additione vel diminutione vel equalitate eodem ordine sumpte.

¶ Posita superiꝰ diffinitione quãtitatũ continue ꝓportionaliũ. hic ponit diffinitionẽ incõtinue ꝓportionaliũ: ⁊ ẽ ꝙ quarũlibet. 4. quantitatũ quaꝝ prime ⁊ tertie eque multiplicia sũpta fuerint: itẽqꝫ scđe ⁊ quarte eque multiplicia: fueritqꝫ multiplex prime sic se habens ad multiplex scđe quantũ ad additionẽ aut diminutionez aut equalitatẽ: sicut multiplex tertie ad multiplex q̃rte: erit ꝓportio p̃me earuꝫ ad scđam: sicut tertie ad q̃rtã. verbi gr̃a. Sint q̃tuor quãtitates. a. b. c. d. sumant̃qꝫ ad p̃mã ⁊ ad tertiã que sunt. a. ⁊. c. eq̃ multiplicia vtpote dupla: que sint. e. ⁊. f. Itẽqꝫ ad scđam ⁊ quartã que sunt. b. ⁊. d. sumãt̃ alia eq̃ multiplicia: vtpote tripla. q̄ sint g. ⁊. h. sitqꝫ vt hec. 4. multiplicia sic sũpta cõpata adinuicem ƀm ordinẽ primarum quatuor quantitatum: ita videlicet ꝙ. e. cõpetur ad. g. ⁊. f. ad. h. non autẽ. e. ad. f. aut. g. ad. h. sint similia in additione diminutione ⁊ equalitate: videlicet ꝙ si. e. addit supra. g. ⁊ silr̃. f. addat supra. h. aut si. e. minuit. a. g. ⁊. f. similiter minuat. ab. h aut si. e. est equalis. g. ⁊ similiter. f. sit equale. h. tunc proportio. a. ad. b. est sicut. c ad. d. similitudo autem in addendo aut diminuendo intelligatur hic sicut in diffinitione cõtinue ꝓportionaliũ: videlicet nõ quantũ ad quantitatẽ excessus. sed q̃ntum ad proportionẽ. ¶ Qđ aũt dicit eodẽ ordine sumpte intelligatur sicut expositum est: videlicet vt multiplicia non referant̃ adinuicem ƀm ordinẽ earum quantitatum: quibus eque multiplicia assumunt̃. vt multiplex prime non referat̃ ad multiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quarte. sed referatur ƀm primũ ordinẽ ipsaꝝ. 4. quantitatum: videlicet multiplex prime ad multiplex scđe. ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. ¶ Erit itaqꝫ sensus istius diffinitionis. Incõtinue ꝓportionales sunt quatuor quãtitates ⁊ ꝓportio prime ad scđam ẽ sicut tertie ad quartam cũ sumptis eque multiplicibus ad primã ⁊ tertiam. Itẽqꝫ eque multiplicibus ad scđam ⁊ quartã erit ꝓportio multiplicis prime ad multiplex scđe: sicut multiplicis tertie ad multiplex quarte: sed nõ diffiniuit sub hac forma. propter cãm predictã. licet a p̃te rei idẽ sit. Nõ ẽ autẽ necessariũ ut quatuor quantitates. a. b. c. d. sint eiusdem generis: eo ꝙ. b. nõ continuat̃ in proportione: cum. c. sed possunt eẽ due prime vnius generis: ⁊ due sequentes alterius. ꝑ qđ patet ꝙ necesse est referri multiplex prime ad multiplex secunde: ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. nõ autẽ multiplex prime ad multiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quarte q̄r non semꝑ sunt eiusdẽ generis. multiplex p̃me ⁊ tertie: nec multiplex scđe ⁊ q̃rte: fuit autẽ necesse sumere eq̃ multiplices ad p̃mã ⁊ tertiã: itẽqꝫ eque multiplices ad scđam ⁊ q̃rtam: ⁊ nõ eque multiplices ad primã ⁊ scđam: ⁊ itẽ non eque ad tertiã ⁊ quartã q̄r nisi ꝑ mltipliciũ sũptionẽ cõtinuãt̃ termini p̃me ꝓportiõis cũ terminis scđe. nõ erit ꝑ quid sit ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d.





Diffinitio .7.

Quantitates quarũ ꝓportio ẽ vna ꝓportiõales noĩantur.

¶ Postquã diffiniuit quantitates continue proportionales ⁊ incontinue diffiniuit quantitates ꝓportionales simplr̃: et pꝫ diffinitio.

Diffinitio .8.

V

Um fuerint prime ⁊ tertie eque multiplices: Itemqȝ secunde ⁊ quarte eque multiplices. addetqȝ multiplex prime super multiplicem secunde. Nō addet autē multiplex tertie super multiplicē quarte. dicetur prima maioris proportionis ad scđam q̄ȝ tertia ad quartam.

¶ Diffinitis quātitatibus proportionalibus diffinit quantitates imꝓportiōales Sūt aūt imꝓportionales inter quas ē sīlitudo proportionū qđ cōtigit dupliciter aut quia maior est ꝓportio p̄me ad secundā q̄ȝ tertie ad quartā: aut quia minor ⁊ ideo eius sunt due species. Prima quando maior est ꝓportio primi ad scđm q̄ȝ tertij ad quartum: ⁊ dicitur hoc maior improportionalitas. ¶ Secūda vero qn̄ minor est proportio primi ad scđm q̄ȝ tertij ad quartū: ⁊ dicit̄ minor improportionalitas. diffinit ergo eas inter quas est maior proportio primi ad scđam q̄ȝ tertie ad quartā que est maior improportionalitas: diffinitionē autē earum inter quas est minor proportio prime ad scđam q̄ȝ tertie ad quartā non ponit quia ipsa patet ex alia. ¶ Cū igit̄ fuerint .4. quantitates ad quarum p̄mam ⁊ tertiā sumpta sint eque multiplicia. ⁊ ad scđam ⁊ quartā eque multiplicia ⁊ multiplicia p̄me ⁊ scđe relata adinuicē non se habebunt similiter multiplicibus tertie ⁊ quarte relatis adinuicem in additione diminutione ⁊ eq̄litate: ille .4. quantitates erunt improportionales. ¶ Qđ si ita fuerit ꝙ multiplex prime sit equale multiplici scđe. multiplex vero tertie sit minus multiplici quarte. Aut ꝙ multiplex p̄me sit maius multiplici scđe. multiplex aūt tertie sit equale. aut minus multiplici quarte. Aut ꝙ multiplex p̄me sit maius multiplici secūde: ⁊ similiter multiplex tertie multiplici quarte: verūtamen plus excedit quātum ad proportionem non quantum ad quātitatē excessus. multiplex prime multiplex scđe q̄ȝ multiplex tertie multiplex q̄rte. Aut ꝙ multiplex prime sit min⁹ multiplici scđe. ⁊ silr multiplex tertie multiplici quarte. verūtn̄ minus minuit quātū ad proportionē non quātū ad quātitatē excessus: multiplex prime multiplici secūde: q̄ȝ multiplex tertie a multiplici quarte: erit quolibet istoꝝ .4. modoꝝ maior proportio prime ad secūdā q̄ȝ tertie ad quartā. Quatuor autē modis istis oppositis erit minor ꝓportio p̄me ad secūdā q̄ȝ tertie ad q̄rtā. Exempla aūt istoꝝ oīum euidenter sumet̄ ex numeris. Additio ḡ illa multiplicis p̄me super multiplex secūde. Non aūt multiplicis tertie sup̱ multiplex quarte: de qua lōquitur auctor in diffinitione: latitudinē habet ad istos .4. modos predictos ⁊ ipsos comprehēdit. vn̄ sensus isti⁹ diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt proponit fuerit maior proportio multiplicis p̄me ad multiplex secūde q̄ȝ multiplicis tertie ad m̄ltiplex q̄rte: erit maior ꝓportio p̄me ad 2am q̄ȝ tertie ad q̄rtā: nō diffinivit autē sub hac forma ꝓpter cōē cām p̄us dictā. Uel possum⁹ dicere ꝙ additio m̄ltiplicis p̄me sup̱ multiplex secūde: ⁊ nō multiplicis tertie sup̱ m̄ltiplex q̄rte: de q̄ loquit̄ in p̄missa diffinitione maioris iꝓportionalitatis ꝓprie accipit̄ prout verba diffinitionis sonāt: ⁊ nō se extēdit nisi ad scđm q̄tuor predictoꝝ modoꝝ: lȝ reuera quolibet illoꝝ q̄tuor modoꝝ sit maior ꝓportio prime ad secūdā q̄ȝ tertie ad quartam vn̄ sensus illius diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt ꝓponit si multiplici prime exn̄te maiori multiplici secūde: non sit necessariū ꝙ multiplex tertie sit maius multiplici quarte: tūc erit maior ꝓportio prime ad secūdā q̄ȝ tertie ad quartam. propter hoc autem non posuit reliquos tres additionis modos in predicta diffinitione: q̄ꝛ iste est illis omnib⁹ magis plan⁹: ⁊ ad dictā diffinitionē sufficiēs. Nusq̄ȝ





eni est maior proportio prime.4.quantitatũ ad scðam q̃z tertie ad quartam: quin contingat aliqua eque multiplicia ad primã ⁊ tertiã repiri. Que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia scðe ⁊ quarte: inuenietur multiplex prime addere super multiplex scðe: nõ aũt multiplex tertie super multiplex quarte. Nec vsq̃z contingit hoc reperire quin sit maior proportio prime ad scðam q̃z tertie ad quartam vt de/monstrabimus infra supra decimam huius. ¶ Possunt autem esse hec quãtitates improportionales diuersoꝝ generum sicut ⁊ quãtitates incõtinue proportionales si inter eas fuerit incõtinua improportionalitas: vt si dicatur maior est proportio a.ad.b.q̃z.c.ad.d. Si autem fuerit continua improportionalitas erũt oẽs eiusdẽ generis necessario sicut sunt in continua proportionalitate. vt si dicatur maior est proportio.a.ad.b.q̃z.b.ad.c. Diffinitio .9.

E St autem proportionalitas ad minus inter tres termios constituta.

¶ Postq̃z auctor diffiniuit ꝓportionẽ ꝓportionalitatẽ ⁊ q̃ntitates ꝓportionales ⁊ iꝓportionales: ostẽdit q̃s sit minim⁹ numer⁹ terminorũ inter quos proportionalitas potest cõsistere maximũ autẽ nõ ponit: quia illum nõ cõtingit sumere: potest enim proportio quelibet continuari i terminis infinitis: siue fuerit rõnalis proportio siue irrõnalis. ¶ Ad proportionalitatẽ aũt exigunt̃ ad minus due proportiões siles: eo ꝙ proportiõalitas sit similitudo proportionũ. Quelibet aũt proportio habet antecedens ⁊ consequẽs: ergo q̃libet proportionalitas habet ad minus duo antecedẽtia ⁊ duo consequẽtia: hoc ẽ impossibile fieri in paucioribus q̃z tribus terminis: in quibus medius coꝝ fiet antecedẽs ⁊ ꝯsequẽs: ⁊ iõ proportiõalitas erit ꝯtinua: quare in trib⁹ terminis ad minus erit cõtinua proportionalitas cõstituta. Incõtinua aũt non erit i paucioriƀ q̃z in.4.eo ꝙ in ipsa quilibet termin⁹ ẽ tm̃ antecedẽs: aut tm̃ ꝯñs: idem intellige de minori numero terminoꝝ improportionalitatis. Si enim fuerit ꝯtinua: erit ad minus inter tres terminos. Si incõtinua ad minus inter quatuor.

Diffinitio 10.

S I fuerit tres q̃ntitates ꝯtinue ꝓportiõales dicet̃ ꝓportio prime ad tertiã. ꝓportio prime ad scðam duplicata.

¶ Diffinit proportionẽ q̃ ẽ iter extremos termios continue proportionalitatis in trib⁹ termis cõstitute. ⁊ dicit ꝙ si fuerit proportio primi ad scðm sicut scði ad tertiũ: erit proportio ꝑmi ad tertiũ sicut primi ad scðm duplicata: hoc ẽ ex duabus taliƀ cõposita. siue qð idẽ ẽ: erit proportio primi ad tertiũ. sicut ꝑmi ad scðm duplicata: hoc est in se multiplicata. verbi grã. i numeris Sint.3.numeri cõtinue proportionales: sintq̃z continue dupli: vt.2.4.8 proportio primi ad tertiũ erit sicut proportio ꝑmi ad scðm in se multiplicata: proportio aũt ꝑmi ad scðm ẽ dupla: dupla vero in se multiplicata: producit quadruplã: vnde proportio extremoꝝ ẽ quadrupla: videlicet duplũ dupli: vel scðm priorẽ expositionem proportio extremorum est sicut proportio primi ad secundũ duplicata: quia quadrupla constat ex duabus duplis.



Diffinitio .11.

C Um fuerit q̃tuor q̃ntitates ꝯtinue ꝓportionales. ꝓportio prime ad quartã dicet̃ ꝓportio prime ad scðaz triplicata

¶ Diffinit ꝓportionē q̄ ē iter extremos termios ↄtinue ꝓportiōalitatis ī.4.termi nis ↄstitute: ⁊ dicit ꝙ si fuerit.4.q̄ntitates ↄtinue ꝓportionales erit ꝓportio p̄me ad q̄rtā sicut ꝓportio p̄me ad scd̄am triplicata hoc ē ex tribus talib⁹ cōposita. q̄m tales inueniūtur in ea: siue qd̄ idem est: erit proportio prime ad quartam sicut pri me ad secundam triplicata.hoc est in se.postea in productum multiplicata. Verbi gratia: in numeris. Sunt quatuor numeri continue proportionales: sintq̄ cōtinue triplici.vt sint.1.3.9.27.proportio primi ad quartum erit sicut ꝓportio primi ad secundū in se postea productū multiplicata: proportio autem primi ad secūdum est tripla: tripla vero in se multiplicata ꝓducit nocuplā ⁊ tripla in nocuplam pro/ducit vigincuplam septuplam.erit itaq̄ proportio extremorum vigincupla septu/pla. qd̄ est triplum tripli. Vel s̄m priorem expositionem proportio extremorum ē sicut proportio primi ad scd̄m triplicata: quia vigincupla septupla constat ex tri bus triplis. Non diffinit autem proportionem extremorum continue proportio/nalitatis inter plures q̄ȝ quatuor terminos cōstitute: propter id ꝙ dimensiones in rebus naturalibus reperte non excedunt ternariū. ¶ Denominatio autem ꝓpor/tionis duarum quantitatum quibus nullum interponitur medium habet naturaȝ linee. Earuȝ vero quibus interponitur vnū mediū in cōtinua ꝓportionalitate ha bet naturā superficiei eo qd̄ fit ex multiplicatione denomiationis duarū primarū in se. Omne autem qd̄ ex multiplicatione linee: in lineam ꝓducitur: naturā habet superficiei: si in se quidē quadrati: si vero in alterā parte altera longioris. Sed ꝓ/portionis earum quantitatuȝ denominatio quibus in cōtinua ꝓportione duo me dia interponuntur naturam habet solidi: quia prouenit ex multiplicatione deno/minationis duarum primarum primo in se.ex qua multiplicatione producitur su perficies: deinde in productum ex qua multiplicatione prouenit solidum siue cor/pus: omne ⁊ enim qd̄ ex multiplicatione linee in superficiem producitur crescit i so lidum. ¶ Est ergo ac si diceret proportio duarum quantitatum est simplex inter/uallum: ⁊ habens naturam simplicis dimensionis ut linee: proportionalitas au/tem trium est duplex interuallum: ⁊ habens naturam duplicis dimensionis vt su/perficiei: proportionalitas aūt quatuor est triplex interuallum: ⁊ habens naturā trine dimensionis ut solidi. Et quia dimensiones vlterius non procedunt.ideo nō diffiniuit proportionem contentam inter extremos proporcionalitatis in quinq̄ terminis: aut pluribus constitute: vel non diffiniuit proportionem in his quia ea rum ꝓportio habetur ex predictis diffinitionibus. Si enim in tribus terminis ꝓ/portio extremorum cōstat ex proportione primorum duplicata: ⁊ in q̄tuor termi/nis cōstat ex eadem triplicata: i.5.terminis constat ex eadem quadruplicata: ⁊ in sex ex eadē quīcuplicata: vn̄ quēadmodū i trib⁹ termis ↄtinue ꝓportiōalib⁹ ꝓpor tio extremoꝝ ↄtinet ꝓportionē p̄moꝝ bis. ⁊ i.4.termis ter. sic i.5.termis ↄtinebit quater. ⁊ in sex quinquies. ⁊ ita deinceps. ut semꝑ ꝓportio extremoꝝ i termis cō/tinue ꝓportionalibus totiēs cōtineat ꝓportionē p̄morum quot sunt omnes ter/mini min⁹ vno. Sil'iter quoq̄ si ꝓportio extremoꝝ cōtinue proportiōalitatis i tri bus termis ↄstitute ē ea q̄ producit' ex proportōe p̄moꝝ in se semel multiplicata: ⁊ in.4.in se bis multiplicata: in quinq̄ terminis ea que producitur ex proportione p̄morum in se ter multiplicata. ⁊ i.6.termis quater: ⁊ sic semꝑ ut termini fuerint duobus plures multiplicationibus: siue vt multiplicationes sint equales medijs



extremis interpositis. Et nota q etiam in proportionalitate continua extremorum proportio producitur ex omnibus proportionib⁹ intermedijs. ¶ Ex predictis apparet q proportio extremoꝝ continue proportionalitatis in tribus termis constitute denominatur a quadrato: in quatuor vero terminis constitute denominatur a cubo: quorum quidē quadrati ⁊ cubi latus est denominatio proportiōis primi ad secundū: verbi gratia: i numeris Sint quatuor numeri continue proportiōales qui sint continue tripli. 3.9.27.81. proportio primi ad secūdū denominatur a ternario. est eni tripla: primi vero ad tertium a nonario qui est quadratus ternarij. nam ipsa est nocupla. At vero proportio p̄mi ad quartū denominat̄. a. 27. qui est cubus denominationis proportionis primi ad secundā videlicet ternarij. ipsa enim est vigincupla septupla. ¶ Et proportio extremoꝝ in ꝓportionalitatis continue in tribus terminis constitute denominatur a superficiali non quadrato: cuius latera sunt denominationes ipsarum proportionū. in quatuor vero terminis cōstitute denominatur a solido nō cubo. cuius tria latera sunt denominationes triū proportionū: qđ etiā patet in numeris. Sint quatuor numeri ꝯtinue improportionales: qui sunt. 2.4.12.48. in quibus proportio primi ad secūdū est dupla: secundi ad tertiū tripla: ⁊ ideo primi ad tertiū sexcupla: tertij vero ad q̄rtu3 q̄drupla: ⁊ iō p̄mi ad q̄rtū vigincuplū q̄drupla. Senari⁹ ergo qui ē denomiatio proportiōis primi ad tertium est superficialis: cuius latera sunt duo ⁊ tria. qui sunt denominationes duarum primarum proportionū 24. vero qui est denominatio proportionis primi ad quartum est solidus cuius latus sunt. 2.3.⁊.4. qui sunt denominationes trium proportionum inter illos quatuor terminos entium.





Diffinitio .12.

Quantitates que sunt in proportione vna. antecedens ad consequente3 ⁊ antecedens ad consequentē. dicetur econtrario sicut consequens ad antecedentem. sic consequens ad antecedentē. ¶ Itemq3 permutatim sicut antecedens ad antecedentem sic etiam cōsequens ad consequentem.



¶ Diffinit spēs proportionalitatis que sunt. 6. videlicet cōuersa. permutata. disiuncta: coniuncta: euersa ⁊ equa. ¶ Sunt autē hee species quasi quidā modi arguendi: diffinit ergo primo conuersam proportionalitatem ⁊ permutatam: in quib⁹ manent añcedentia ⁊ consequētia eadē ƀm substantiā: qđ nō ē i disiuncta: ꝯiūcta aut euersa: ⁊ in quibus nihil extra sumitur vt in equa: vocat autem antecedens primum extremū proportionis: consequens vero vocat secundum. ¶ Vult itaq3 per hanc diffinitionem q si fuerit proportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ ex hoc ego cōcludam: ergo. b. ad. a. sicut. d. ad. c. videlicet vt faciam de antecedentibus cōsequētia ⁊ de consequentibus antecedentia: qđ iste modus arguendi vocetur proportionalitas econtrario siue conuersa. Si autem sic arguam. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ergo. a. ad. c. sicut. b. ad. d. videlicet vt ambo extrema prime ꝓportionis: fiant antecedentia: ⁊ ambo extrema secunde cōsequentia. vult q iste mod⁹ arguendi vocetur proportionalitas permutata: ⁊ in isto modo arguendi fit antecedens secunde proportionis cōsequens: ⁊ cōsequens prime antecedens.

Diffinitio

Propositio. 13.

Coniuncta vero proportionaltas dicitur quotiens sicut antecedens cum consequente ad cōsequens. sic etiam antecedens cum consequente ad consequens.



¶ Diffinit coniunctam disiunctam ꝛ euersam in quibus etiam nihil extra sumitur sed termini non manent in ipsis. idem ſm substantiā ꝛ vult ꝙ si ita fuerit. vt sit. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ꝛ ego ex hoc concludam. ergo totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ꝙ iste modus arguendi dicatur proportionalitas coniuncta.

Diffinitio

Propositio. 14.

Disiuncta vero proportionalitas dicitur augmētorum antecedentium supra consequentia equa comparatio.



¶ Vult ꝙ si fuerit proportio totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ꝛ ex hoc ego concludam. ergo. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ꝙ iste modus arguendi voccetur disiuncta proportionalitas.

Diffinitio

Propositio .15.

Euersa proportionalitas dicitur quorūlibet antecedentiū ad augmenta sui supra cōsequentia sua similitudo proportionum.



¶ Vult ꝙ si fuerit. a. b. ad. b. sicut. c. d. ad. d. ꝛ ex hoc ego concludā ergo. a. b. ad. a. sicut. c. d. ad. c. ꝙ iste modus arguendi dicatur euersa proportionalitas.

Diffinitio

Propositio .16.

Equa proportionalitas dicitur quātitatibus plurimis propositis aliisq; ſcōm eundem numerū in vna proportione applicatis mediorum equali numero remoto vtrorumq; summorum similitudo proportionum.



¶ Diffinit equam proportionalitatem que ad probandum propositum ad extra sumit͛. ꝛ vult ꝙ si sumant͛ quotlibet quantitates. vt. a. b. c. itemq; totidem alie siue sint eiusdem generis cum primis. siue alterius. vt. d. e. f. fuerintq; secunde in proportiōe primaꝝ siue codē ordine. vt si dicatur. a. ad. b. sicut. d. ad. e ꝛ. b. ad. c. sicut. e. ad. f. siue ordine cōuerso vt si dicat͛. a. ad. b. sicut. e. ad. f. ꝛ. b. ad c. sicut. d. ad. e. ꝛ ex hoc concludatur. ergo. a. ad. c. sicut. d. ad. f. ꝙ iste modus arguendi voccetur equa proportionalitas. ¶ Horum autē. 6. modorum arguendi qui dicūtur species ꝓportionalitatis quatuor ꝓbat auctor in lrā infra in isto. 5. Permutatam quidē proportionalitatem probat in. 16. huius. disiunctā vero in. 17. coniunctam in. 18. equam vero proportionalitatē demonstrat. in. 22. ꝛ. 23. Sed in. 22. cū quantitates duorū ordinū codē ordine sunt proportionales. in. 23. cū vero sūt ꝓportionales ordine conuerso. Cōuersam vero ꝓportionalitatē: aut euersā non demōstrat eo ꝙ conuersa pꝫ ex diffinitiōe quātitatū icōtinue ꝓportionaliū. Euersa aūt pꝫ ex ꝑmutata adinuicē. 19. vt sup eādē. 19. sum⁹ dicturi. qualr͛ autē ꝯuersa ꝓportiōalitas ex dione quātitatū icōtinue ꝓportiōaliū māifesta sit demōstrem⁹ nūc. ¶ Sit ergo ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. volo ẞ demōstrare qō erit b. ad. a.



SJ fuerint quatuoꝛ quantitates quarum pꝛime ad ſecundā ſit maioꝛ pꝛopoꝛtio q̃ʒ tertie ad quartam.erit quoqʒ coniunctim maioꝛ pꝛopoꝛtio pꝛime ⁊ ſecunde ad ſecūdam q̃ʒ tertie ⁊ quarte ad quartam. ¶ Sit maioꝛ pꝛopoꝛtio.a.ad.b.q̃ʒ.c.ad.d.dico ꝙ maioꝛ erit totius a.b.ad.b.q̃ʒ totius.c.d.ad.d.quia ipſa neqʒ erit equalis neqʒ minoꝛ. Si eñi equalis: tunc erit diſiunctim.a.ad.b.vt.c.ad.d. Si autem eſt minoꝛ: ſit.e.b.ad.b. vt.c d.ad.d.eritqʒ ex.12.maioꝛ pꝛopoꝛtio.e.b.ad.b.q̃ʒ.a.b. ad.b. itaqʒ ex pꝛima parte.10.e.b.eſt maioꝛ q̃ʒ.a.b.⁊ per cōceptionem.e.maioꝛ q̃ʒ.a. quare ex pꝛima parte.8. maioꝛ eſt pꝛopoꝛtio . e. ad.b. q̃ʒ.a.ad. b.ſed.e.ad.b. eſt vt .c. ad .d. per diſiunctam pꝛopoꝛtionalitatem: eo ꝙ erat.e.b.ad.b.vt.c.d. ad.d. ergo per.12.c. ad.d.eſt maioꝛ q̃ʒ.a.ad.b. hoc autem eſt contra ypothe. ¶ Jdem etiam oſtenſiue: cum enim pꝛopoſitum ſit ꝙ maioꝛ ſit pꝛopoꝛtio .a . ad. b. q̃ʒ . c. ad . d: ſit pꝛopoꝛtio .e. ad.b. vt. c. ad.d. eritqʒ ex pꝛima parte decime. e. minoꝛ . a.



Ideoqꝫ ex cõmuni scientia.e.b.erit minor.q̃z.a.b. quare ex prima parte.8. maior erit proportio.a.b.ad.b.q̃z.e.b.ad.b. At vero proportio.e.b.ad.b.est per coniun ctam proportionalitatem sicut.c.d.ad.d.positum enim est vt sit.e.ad.b.tanquã c.ad.d.igitur ex.12.maior est.a.b.ad.b.q̃z.c.d.ad.d.quod est propositum.

Propositio .29.

Si fuerit quatuor quantitates quarum prime ⁊ secunde ad secundam sit maior proportio q̃z tertie ⁊ quarte ad quartam. erit quoqꝫ disiunctiꝫ proportio prime ad secundam maior q̃z tertie ad quartam.



¶ Sit proportio.a.b.ad.b.maior q̃z.c.d.ad.d.dico ꝙ erit disiunctim proportio.a.ad.b.maior q̃z.c.ad.d.alioquin erit equalis vel minor.qđ si equalis erit per coniunctam proportionalitatem.a.b.ad.b.ut.c.d.ad.d. si autem minor erit maior.c.ad.d.q̃z.a.ad.b.ergo per premissam maior erit.c.d.ad.d.q̃z.a.b.ad.b.quod est inconueniens:quia positum est ꝙ minor.verum est ergo qđ dicitur. Qđ etiam ostensiue astruemus hoc modo ponemus enim ut proportio.e.b.ad.b:sit tanq̃z proportio.c.d.ad.d.eritqꝫ ex prima parte.10.e.b.minor q̃z.a.b.quare ex communi scientia.e.est minor q̃z.a.minor igitur est ex prima parte.8.proportio.e.ad.b.q̃z sit.a.ad.b.sed proportio.e.ad.b.est sicut.c.ad.d.ex disiuncta proportionalitate:itaqꝫ ex.12.proportio.a.ad.b.est maior q̃z sit.c.ad.d.quod est propositum.

Propositio .30.

Si fuerint quatuor quantitates quarum prime ⁊ secunde ad secundã sit maior proportio q̃z tertie ⁊ quarte ad quartam: erit euersim minor proportio prime ⁊ secũde ad primam q̃z tertie ⁊ quarte ad tertiam.



¶ Sit maior proportio.a.b.ad.b.q̃z.c.d.ad.d.dico ꝙ euersim minor erit proportio.a.b.ad.a.q̃z.c.d.ad.d.erit enim disiunctim ex premissa maior proportio.a.ad.b.q̃z.c.ad.d. Itaqꝫ per.26.erit econuerso minor.b.ad.a.q̃z.d.ad.c.quare per ante premissam coniunctim minor erit.b.a.ad.a.q̃z.c.d.ad.c.qđ est propositum.

Propositio .31.

Si fuerint tres quantitates in vno ordine. itemqꝫ tres in alio fueritqꝫ prime priorum ad secundam maior proportio quam prime posteriorum ad secundam.itemqꝫ secunde priorum ad tertiam maior quam secunde posteriorum ad tertiam.erit quoqꝫ prime priorꝫ ad tertiã maior proportio q̃z prime posteriorum ad tertiam.



¶ Sint tres quãtitates.a.b.c.itẽqꝫ alie tres.d.e.f.sitqꝫ maior ꝓportio.a.ad.b.q̃z d.ad.e.itẽqꝫ maior.b.ad.c.q̃z.e.ad.f.dico ꝙ maior erit ꝓportio.a.ad.c.q̃z.d.ad f.sit eni.g.ad.c.ut.e.ad.f.eritqꝫ ex p̃ma pte.10.g.mior.b.q̃re ex scđa pte.8.proportio.a.ad.g.ẽ maior q̃z.a.ad.b.mlto maior ergo ẽ ꝓportio.a.ad.g.q̃z.d.ad.e sit itaqꝫ.h.ad.g.vt.d.ad.e.eritqꝫ ex p̃ma pte.10.a.maior.h.q̃re ex p̃ma pte.8.ꝓ/

portio.a.ad.c.maior est q̃ꝫ proportio.b.ad.c. At vero proportio.b.ad.c. est per equam proportionalitatem: sicut.d.ad.f. est enim.b.ad.g.vt.d.ad.e.ꝛ.g.ad.c.vt e.ad.f.igitur ex.12.proportio.a.ad.c.est maior q̃ꝫ.d.ad.f. quare constat proposi tum

.d.f.h.c.a.c.

Propositio .32.

Si fuerint tres quantitates in vno ordine. itemqꝫ tres in alio fueritqꝫ proportio secunde priorum ad tertiam maior quam prime posteriorum ad secundam Itemqꝫ prime priorum ad secundam maior quam secunde posteriorum ad tertiam. erit maior proportio prime priorum ad tertiã quam prime posteriorum ad tertiam.

¶ Sint enim tres quantitates in vno ordine.a.b.c. Itemqꝫ tres in alio.d.e.f.quẽ admodum in premissa: sitqꝫ maior proportio.b.ad.c.q̃ꝫ.d.ad.e.ꝛ maior.a.ad.b. q̃ꝫ.e.ad.f.dico ꝙ maior erit.a.ad.c.q̃ꝫ.d.ad.f.sit enim.g.ad.c.vt.d.ad.e. eritqꝫ g.minor.b.per primam partem.10.quare maior erit proportio.a.ad.g.q̃ꝫ ad.b. per secundam partem.8.igitur multo maior est.a.ad.g.q̃ꝫ.e.ad.f.sit itaqꝫ.b.ad g.vt.e.ad.f.eritqꝫ.a.maior.h.ex prima parte.10.quare proportio.a.ad.c.maior est q̃ꝫ.h.ad.c.ex prima parte.8.At vero ex.23.proportio.h.ad.c.est tanquã.d.ad f.eo qȯ est.g.ad.c.vt.d.ad.e.ꝛ.h.ad.g.vt.e.ad.f.igitur ex.12.maior est proportio.a.ad.c.q̃ꝫ.d.ad.f.quod est propositum.



.d.f h.c.a.c

Propositio .33.

Si fuerit proportio totius ad totũ maior: q̃ꝫ abscisi ad abscisum erit residui ad residuum maior proportio q̃ꝫ totius ad totum.

¶ Sint due quantitates.a.ꝛ.b.a quibus abscindantur.c.ꝛ.d.ꝛ residua sũt.e.ꝛ.f.sitqꝫ maior proportio.a.ad.b.q̃ꝫ.c.ad.d.dico ꝙ maior erit proportio.e.ad.f.q̃ꝫ.a.ad.b.erit enim ex.27. permutati maior proportio a.ad.c.q̃ꝫ.b.ad.d.quare ex.30.erit euersim minor proportio. a. ad.e.q̃ꝫ. b.ad.f. igitur rursus ex.27.permutatim minor erit.a.ad.b.q̃ꝫ.e.ad.f. quod est propositum.



a.b.c.d. e.f.a.b

a.c.b.f

Propositio .34.

Si quotlibet quantitates ad totidem alias comparentur. fueritqꝫ cuiuslibet precedentis ad suam relatiuam maior proportio q̃ꝫ alicuius subsequentis ad suaꝫ. erit omnium harum pariter acceptarum ad omnes illas pariter acceptas maior proportio q̃ꝫ alicuius subsequentiuꝫ ad suam comparem aut etiam q̃ꝫ omnium pariter acceptarum ad omnes pariter acceptas: minor autem q̃ꝫ prime ad primam

Sit.3.q̃ntitates.a.b.c.relate ad totidẽ alias q̃ sit.d.e.f.sitqꝫ maior.ꝓportio.a.ad d.q̃ꝫ.b.ad.e.ꝛ.b.ad.e.sit maior q̃ꝫ.c.ad.f.dico ꝙ.ꝓportio.a.b.c.piter acceptaꝝ. ad.d.e.f.piter acceptas.ẽ maior q̃ꝫ.b.ad.e.vl' maior q̃.c.ad.f.ꝛ etiã maior.q̃ꝫ.b



⁊.c.pariter acceptaꝝ ad.e.⁊.f.pariter acceptas:⁊ ꝙ ipſa eſt minoꝛ q̃ȝ.a.ad.d.cũ ſit eni.a.ad.d.maioꝛ q̃ȝ.b.ad.e.erit permutatim.a.ad.b.maioꝛ q̃ȝ.d.ad.e.⁊ coniunctim.a.b.ad.b.maioꝛ q̃ȝ.d.e.ad.e.⁊ iterum permutatim.a.b.ad.d.e.maioꝛ q̃ȝ.b.ad.e.quare per pꝛemiſſam.a.ad.d.eſt maioꝛ q̃ȝ.a.b.ad.d.e.eodẽqȝ modo ꝓbať maioꝛẽ ẽe.b.ad.e.q̃ȝ.b.c.ad.e.f.itaqȝ maioꝛ ꝓpoꝛtio ẽ.a.ad.d.q̃ȝ.b.c.ad.e.f.q̃re permutatim maioꝛ eſt.a.ad.b.c.q̃ȝ.d.ad.e.f.⁊ coniunctim maioꝛ.a.b.c.ad b.c.q̃ȝ.d.e.f.ad.e.f.⁊ iterum permutatim maioꝛ.a.b.c.ad.d.e.f.q̃ȝ.c.b.ad.e.f. quare per pꝛemiſſam maioꝛ eſt.a.ad.d.q̃ȝ.a.b.c.ad.d.e.f. quod eſt ꝓpoſitum.

Explicit liber quintus Incipit liber Sextus.

Superficies ſimiles dicũť q̃rũ anguli vnius angulis alterius equales.lateraqȝ equos angulos continentia pꝛopoꝛtionalia.

¶ Vt ſi trigonus.a.b.c.fuerit equiangulus trigono d.e.f.fueritqȝ angulus.a.equalis angulo.d.⁊ angulus.b.equalis angulo.e.⁊ ꝓpoꝛtio.a.b.ad.d.e.ſicut a.c.ad.d.f.⁊.b.c.ad.e.f.ipſi erunt ſimiles.

Superficies mutuoꝝ laterum ſũt inter quarum latera incontinua pꝛopoꝛtionalitas retrãſitiue habetur.

¶ Vt ſi duoꝝ quadrilaterum.a.b.c.d.e.f.pꝛopoꝛtio.a.b.lateris pꝛimi.ad.d.c.latus ſecundi fuerit ſicut pꝛopoꝛtio.e.f.lateris ſecundi.ad.b.c.latus pꝛimi:illa duo quadrilatera dicuntur mutuoꝛum laterum ſiue mutekeſia. ¶ Linea dicitur diuidi ſecundũ pꝛopoꝛtionẽ habentẽ mediũ ⁊ duo extrema quando eadem eſt pꝛopoꝛtio totius ad maioꝛem ſui ſeccionẽ que ẽ maioꝛis ad minoꝛem.





Propoſitio .1.

Si duarum rectilinearum ſuperficierum equidiſtantium laterum ſiue triangulοꝛum fuerit altitudo vna:tanta erit alterutra earum ad alteram.quanta ſua baſis ad baſim alterius.

¶ Sint duo paralellograma.a.b.c.d.e.f.equalis altitudinis.dico eẽ ꝓpoꝛtionẽ eoꝛũ:ſicut.b.c.ad.e.f.ponam illa duo paralellograma ſup lineã vnam que ſit.g.m.erũtqȝ propter hoc ꝙ ſunt equalis altitudinis inter lineas equidiſtantes quarũ ſit altera.k.n.deinde ex linea.g.m.ſumã.g.c.multiplicẽ ſm quẽcumqȝ numerũ voluero.a.d.b.c.⁊ diuidã eã in ptes equales.b.c.in punctis.h.⁊.b.a quibus ⁊ punto.g.ducã equidiſtantes linee.a.b.que ſũt.g.k.⁊.h.l.⁊ cõplebo ſupficies equidiſtantiũ laterũ.k.h.⁊.l.b.eritqȝ vnaq̃qȝ earũ p.36.pꝛimi equalis.a.c.q̃re ſicut linea.g.c.ẽ multiplex linee.b.c.ita ſupficies.c.k.ſuperficiei.a.c.Siliter quoqȝ ad lineã.c.f.ſumã ex linea.g.m.lineã.f.m.multiplicẽ ſm quẽcũqȝ numerũ voluero e.f.⁊ cõplebo ſuperficiẽ equidiſtãtium laterum ducta linea.m.n.equidiſtãter linee d.e.eritqȝ ſuperficies.n.f.ita multiplex ſuperficiei.d.f.ſicut linea.m.f.linee.c.f.⁊quia per.36.pꝛimi ſi linea.g.c.eſt maioꝛ linea.f.m.ſuperficies.k.c.eſt maioꝛ ſuperficie.n.f.et ſi minoꝛ minoꝛ.et ſi equalis equalis erit per diffinitioneȝ icõtinue

proportionalitatis eadem ꝓportio basis.b.c.ad basim.e.f.que est superficiei.a.c. ad superficiē.d.f.quod est propositum. ⁋De triangulis equalis altitudinis idem probabis:⁊ eodem modo per.38.primi ductis lineis ab extremitatibus caꝝ quas ad bases sumes multiplices ad vertices triangulorum.



Propositio .2.

Si linea recta duo trianguli latera secans reliquo fuerit equidistans:eam duo illa latera proportionaliter secare. Si vero ꝓportionaliter secet eā reliquo latere equidistare necesse est.

⁋Sit triangulus.a.b.c.cuius duo latera.a.b.⁊.a.c.secet linea.d.e. equidistanter tertio lateri.qḋ est.b.c. dico ꝙ erit ꝓportio .a.d.ad.d.b.sicut .a.e. ad.e.c.⁊ ecōuerso si fuerit ꝓportio.a.d.ad.d.b.sicut.a.e.ad.e.c.linea.d.e.erit eq̄distans linee.b.c.protrahā enī duas lineas.e.b.⁊.d.c.eritqꝫ per.37.primi triangulus.e.d.b.equalis triangulo.d.e.c.propter id qḋ ipsi sunt ambo suꝑ lineā. d.e. inter lineas equidistantes.itaqꝫ per scḋam partē.7.quinti:ꝓportio trianguli.a.d. e.ad vtrūqꝫ illorum erit vna:sed ꝓportio eiꝰ ꝑpremissā ad triangulū.e.d.b. ē sicut linee.a.d.ad lineā.d.b.⁊ ad triangulū.d.e.c.sicut linee.a.e.ad lineā.e.c.Nam ipe cum vtroqꝫ illoꝝ est equalis altitudinis:quare erit ꝓportio.a.d.ad.d.b.sicut. a.e ad.e.c.qḋ est primum. ⁋Et si hoc fuerit erit per premissam ipsius .a.d.e.vtrūqꝫ illoꝝ proportio vna:quare per secundam partem.9.quinti ipsi sunt adinuicē equales:⁊ quia ipsi sunt super eandē basim.videlicet lineam.d.e.⁊ ex eadem ꝑte erit ꝑ 39.primi:linea.d.e.equidistans linee.b.c.qḋ est secundum.



Propositio .3.

Si ab aliquo angulorum trianguli linea recta ad basim ducta angulum illum per equalia secet:duas partes ipsiꝰ basis reliquis eiusdem trianguli lateribus proportionales esse. Si vero due partes basis quas linea ab angulo ducta distinguit reliquis trianguli lateribus ꝓportionales fuerint lineam illam angulū ꝑ equalia diuidere necessario cōprobat.

⁋Sit trigonus.a.b.c.cuius angulum.a.diuidat linea. a.d.ꝑ equalia :dico ꝙ proportio.b.d.ad.d.c.est sicut.b.a.ad.a.c.⁊ ecōuerso:protrahā enim.b.e. equidistantem.a.d.⁊ producā.c.a.quousqꝫ concurrat cū.b.e.in puncto.e.eritqꝫ per primam partē.29.primi angulus.e.b.a.equalis angulo.b.a.d. ⁊ per scḋam partem eiusdem angulus.e.angulo.d.a.c.quare angulus.e.est equalis angulo e.b.a.ergo per.6.primi.e. a.est equalis.a.b.⁊ ideo ꝑ primā partem.7.quinti proportio.e.a. ad.a.c.ē sicut.b.a.ad.a.c.sed per premissam.e.a.ad.a.c. ē sicut.b.d.ad.d.c.ergo b.a.ad.a.c.sicut.b.d.ad.d.c.quod est primum. ⁋Secunda pars que est conuersa prime ꝑtis probabitur conuerso modo.Manente enim eadem dispositione si fuerit proportio.b.a.ad.a.c.sicut.b.d.ad.d.c.quare per premissā.e.a.ad.a.c.ē sicut b.d.ad.d.c.erit eadem proportio.e.a.ad.a.c.que est.b.a.ad.a.c. ergo per primā partem.9.quinti.e.a.⁊.a.b.sunt equales. quare per.5.primi duo anguli.e.⁊.e.b.a sunt equales.igitur per primā ⁊ secundā partem.29.primi angulus.b.a.d.ē equalis angulo.d.a.c.quod est secundum.



Propositio .4.

Omnium duorum triangulorum quorum anguli unius angulis alterius sunt equales: latera equos angulos respicientia sunt proportionalia.

¶ Sunt duo trianguli .a.b.c.d.e.f. equianguli. sitque angulus .a. equalis angulo .d. et angulus .b. angulo .e. et angulus .c. angulo .f. dico quod proportio .d.e. ad .a.b. et .d.f. ad .a.c. est sicut .e.f. ad .b.c. ponam enim ambos triangulos super lineam unam que sit .e.c. ita quod duo anguli unius qui erunt super hanc lineam sint equales duobus alterius qui erunt super eandem. non quidem medius medio aut extremus extremo. sed medius unius extremo alterius. et ponam duos eorum medios angulos in eodem puncto coire. sitque .a.f.c. ipse idem triangulus qui erat .a.b.c. et quia angulus .a.f.c. est equalis angulo .e. et angulus .d.f.e. angulo .c. per ypothesim: erit per primam partem .28. primi linea .a.f. equidistans .d.e. et .d.f. equidistans .a.c. complebo igitur superficiem equidistantium laterum que sit .g.f. eritque per .34. primi .g.a. equalis .d.f. et .g.d. equalis .a.f. quia. ergo per secundum huius .g.a. ad .a.c. sicut .e.f. ad .f.c. et per eandem .e.f. ad .f.c. sicut .e.d. ad .d.g. erit per .7. quinti .d.f. ad .a.c. et per eandem .e.d. ad .f.a. sicut .e.f. ad .f.c. quod est propositum.



Propositio .5.

Omnium duorum triangulorum quorum cunctorum laterum se se respicientium est proportio una anguli lateribus proportionalibus contenti equi sibi invicem esse probantur.

¶ Hec est conversa prioris nec fecit ex ea et premissa unam conclusionem sicut fecit in secunda et tertia huius: quia nec eadem figuratione nec eisdem mediis demonstratur quibus precedens. Sint itaque duo trianguli .a.b.c.d.e.f. sitque proportio .a.b. ad .d.e. et .a.c. ad .d.f. sicut .b.c. ad .e.f. dico quod angulus .a. est equalis angulo .d. et angulus .b. angulo .e. et angulus .c. angulo .f. constituam super lineam .e.f. in opposita parte trianguli .d.e.f. angulum .f.e.g. equalem angulo .b. et angulum .e.f.g equalem angulo .c. eritque per .32. primi: angulus .g. equalis angulo .a. ergo per premissam proportio .a.b. ad .e.g. et .a.c. ad .f.g. sicut .b.c. ad .e.f. quare .a.b. ad .d.e. sicut ad .e.g. et .a.c. ad .d.f. sicut ad .f.g. igitur per secundam partem none quinti .d.e. est equalis .e.g. et per eandem .d.f. equalis .f.g. quare per .8. primi: duo trianguli .d.e.f. et .g.e.f. sunt equianguli: quare ergo triangulus .g.e.f. est etiam equiangulus triangulo .a.b.c. constat propositum.



Propositio .6.

Omnes duo trianguli quorum unus angulus unius uni angulo alterius equalis. lateraque illos duos equos angulos continentia proportionalia sunt inter se invicem equianguli.

¶ Maneat prior dispositio. et sit solum angulus .b. equalis angulo .d.e.f. et proportio .a.b. ad .d.e. sicut .b.c. ad .e.f. dico adhuc duos triangulos .a.b.c.d.e.f. esse equiangulos: cum enim sit per .4. huius propter ypotheses premisse conclu-

sionis.a.b.ad.e.g.sicut.b.c.ad.e.f.erit.a.b.ad.d.e.sicut.a.b.ad.e.g.quare per se cundam partem none quinti.d.e.est equalis.e.g.quia ergo duo latera.d.e.z.e.f. trigoni.d.e.f.sunt equalia duobus lateribus.e.g.z.e.f.trigoni.g.e.f.z angulus.e. vnius angulo.e.alterius:quia vterqz est equalis angulo.b.ipsi erunt per quartam primi equianguli z quia.e.g.f.est etiam equiangulus.a.b.c.patet propositum.

Propositio .7.

Si fuerint duo trianguli quorum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis:duoqz suorum reliquorum angulorum lateribus proportionalibus contenti:duorum vero demum reliquorŭ vterqz aut neuter recto angulo minor necesse est illos duos triangulos omnibus suis angulis inter se inuicem equiangulos esse.



¶Sint duo trianguli.a.b.c.d.e.f.sitqz angulus.a.equalis angulo.d.z proportio a.c.ad.d.f.sicut.c.b.ad.f.e.z vterqz duoꝝ angulorum.b.z.e.aut neuter sit minor recto:dico eos esse equiangulos.Si enī angulus.c.vnius est equalis angulo.f. alterius:patet propositū per premissam.Sin autem sit.c.maior fiatqz angulus. a.c g.equalis eidem:eritqz per.32.primi triangulus.a.g.c.equiangulus triangulo.d. e.f.quare per quartam huius proportio.a.c.ad.d.f.sicut.g.c.ad.e.f.sz sic fuit.b.c ad.e.f.ergo per.9.quinti.g.c.z.b.c.sunt equales .ergo per quintā primi angulus b.est equalis angulo.b.g.c.si ergo neuter duorū anguloꝝ.b .z.e. fuerit minor recto:accidet duos angulos vnius trianguli nō esse minores duobus rectis: qđ esse non potest per.32.primi Qđ si vterqz fuerit minor recto:erit āgulus.a.g.c.maior recto per.13.primi:quare z angulus.e.sibi equalis est etiam recto maior qđ ē contra ypothe.quare destructo opposito remanet propositū: oportet aūt vtrūqz angulorum reliquoꝝ aut neutrū esse minorem recto.possibile enim est in eodem triangulo vt in triāgulo.a.b.c.lineam.g.c.eē equalē.b.c .z iō erit.a.c.ad vtrāqz eaꝝ vna proportio per.7.quinti.Nec tamē erunt trianguli.a.g.c. z.a. b.c. equianguli quāuis vnus angulus vnius sit equalis vni angulo alterius immo idem vt angulus.a. z proportio linee.a .c.ꝓut est latus magni ad.a.c.prout est latus pui sicut b.c.latus magni. ad.g.c. latus parui . vtraqz enim equalis : z hoc est ꝓpter hoc ꝙ angulus.g.minoris est maior recto:z angulus.b.maioris minor.Nam in omni triangulo duum equalium laterum vterqz angulorum qui sunt ad basim est minor recto.

Propositio .8.

Si ab orthogonij angulo recto ad basim linea perpendicularis ducatur. fiet duo trianguli partiales toti triangulo z sibi inuicem similes.Unde etiam manifestum est quia in omni triangulo rectangulo si ab eius angulo recto ad basim perpendicularis ducatur. erit ipsa perpendicularis inter duas sectiones ipsius basis proportionalis.Itemqz vtrūqz latus inter totam basim atqz sibi conterminalē basis portionem.

¶Sit trigonus.a.b.c.orthogonius eiusqz angulus.a.rectus a quo ducatur: a.d.



perpendicularis ad basim. dico ꝙ vterqꝫ duorum triangulorum partialium qui sũ a.b.d.a.d.c. similis est totali triangulo.a.b.c. ⁊ vnus eorum alteri. é enim vterqꝫ ipsorum equiangulus totali per.32.primi.eo ꝙ vterqꝫ est orthogonius ⁊ in vno angulo cõmunicat cum totali: quare ⁊ sibi inuicem sunt equianguli. ita ꝙ angulus b.est equalis angulo.d.a.c. ⁊ angulus.b.a.d. angulo.c. ⁊ duo anguli qui sunt.ad d.sibi inuicem ⁊ angulo.a.totali equales: quare per.4.huius latera equos eorum angulos respicientia. sunt proportionalia: ergo per diffinitionem sunt similes: qḋ est propositum: vtrũqꝫ correl'.ex his euidenter apparet.

Propositio .9.

Duabus lineis propositis tertiam inter eas sub proportionalitate continua collocare.

¶ Sint due linee proposite.a.b.⁊.c.inter quas volo vnam lineam in proportionalitate continua collocare. Adiungam vnam earũ alteri sitqꝫ tota ex eis composita.a.d.ita ꝙ.b.d.sit equale.c.⁊ super totam describo semicirculum.a.e.d.⁊ produco .e.b. vsqꝫ ad circumferentiam perpendicularem ad lineam.a.d. dico lineam.b.e.esse quẽ querimus: produco enim lineas.e.a.⁊.e.d.eritqꝫ per.30.tertij angulus.e.totalis rectus: quare per primam partẽ correl'.premisse ꝓportio.a.b.ad.b.e.sicut.b.e.ad.b.d. qḋ est propositum.



Propositio .10.

Duabus lineis datis tertiam eis in continua proportionalitate subiungere.

¶ Sint due linee proposite.a.b.⁊.c.quibus volo tertiam in cõtinua proportionalitate subiungere: coniũgo lineam.c. angulariter vt cõtingit cũ linea.a.b.sitqꝫ.a.d.sibi equalis. ⁊ produco lineã.a.b.vsqꝫ ad.e.donec fiat.b.e.equalis.a.d.⁊ protracta linea.b.d.a puncto.e.duco lineã sibi equidistantemqꝫ ⁊ lineam.a.d.produco quousqꝫ concurrant in puncto. f. dico igitur lineam.d.f.esse quẽ querimus. est enim per secundã huius proportio.a.b. ad.b.e.sicut.a.d.ad.d.f.sed.a.b.ad.b.e: est sicut.a.b.ad.a.d. per.2.ptẽ.7.quinti: quare.a.b.ad.a.d.sicut.a.d.ad.d.f.qḋ est propositum. Qḋ si propositis tribus lineis velimus inuenire quartam.ad quam sit proportio tertie sicut prime ad secũdaꝫ: ex prima ⁊ secũda fiat linea vna ⁊ toti cõposite tertia: angulariter adiungatꝰ ⁊ a cõmuni termio prime ⁊ secunde: ducatur linea ad extremitatẽ tertie: ⁊ ab altero termino secũde ducatꝰ huic linee equidistans: quousqꝫ concurrat cum tertia in cõtinuũ rectumqꝫ protracta: eritqꝫ per secundam huius linea qꝫ hec equidistãs abscindet que queritur: quẽadmodum si in hac figura fuerit prima.a.b.secunda.b.e. tertia.a.d.erit quarta.d.f.



Propositio .11.

Ab assignata linea quotamcũqꝫ iubearis partem abscindere.

¶ Sit.a.b.linea assignata ab ea volo aliquotam partem vtpote tertiam abscindere: coniungo ei angulariter vt contingit lineam indefinite quantitatis que sit .a.c.a qua reseco tres equas portiones.

que sint a.d.d.e.⁊.e.c.⁊ produco lineas .c.b.⁊.d.f. sibi equidistãtes. dico.a.f. esse tertiam.a.b. est enim per secundam huius proportio.c.d.ad.d.a. sicut.b.f.ad.f.a quare coniunctim.c.a.ad.d.a. sicut.b.a.ad.f.a. cum igitur.c.a. sit tripla.ad. d.a. patet.a.f. esse tertiam.a.b. quod est propositum.



Propositio .12.

Duabus lineis propositis altera indiuisa altera per partes diuisa: indiuisam quidem ad modum diuise diuidere.

¶ Sint duo linee quas angulariter vt continget coniungam.a.b.⁊.a c. sitq̧z.a.b. diuisa in tres vel qualescũq̧z portiones signatis i ea punctis.d.⁊.e. volo secundũ easdem portiones diuidere lineam.a.c. cum igitur ipsas angulariter cõiũxero. protrahã lineã.b.c.⁊ equidistantes. ei.d.f.⁊.e.g dico istas equidistantes diuidere lineam.a.c. in partes proportionales partib⁹.a. b. protraham enim.f.h. equidistantez.a.b. que secet.e.g. in puncto.k. eritq̧z per secundã huius proportio.g.f.ad.f.a. sicut.e.d.ad.d.a.⁊.c.g.ad.g.f. sicut.h.k.ad.k f. quare ⁊ sicut.h.e.ad.e.d. per.34. primi.⁊ scd̃am partem.7. quinti qd̃ est ꝓpositũ Oportet autem secũdam huius totiens repetere quot erunt partes linee.a.b. minus vna. At vero.34. primi.⁊ septimi quinti minus duabus.



Propositio .13.

Si due superficies equidistantium laterum quarum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis equales fuerint latera duos equos angulos continentia mutekesia eẽ Si vero latera duos equos angulos cõtinẽtia mutekesia fuerint duas superficies equales esse necesse est.

¶ Sint due superficies.a.b.c.d.⁊.c.e.f.g. equidistantium laterum ⁊ equales. sitq̧z angulus.c. vnius equalis angulo.c. alterius. dico ꝓportionẽ.b.c.ad.c.g. esse sicut e.c.ad.c.d.⁊ si ꝓportio.b.c.ad.c.g. fuerit sicut.e.c.ad .c.d. ⁊ predicti anguli fuerint adhuc equales: dico illas duas superficies equidistantiũ laterũ esse equales. coniungam enim eas angulariter videlicet angulum.c. vnius cum angulo.c. alteri⁹ ita q̧ duo latera earum que sunt.b.c.⁊.c.g. fiant linea vna ⁊eruntq̧z similiter duo reliqua latera.d.c.⁊.c.e. linea vna. alioquin sequeret̃ per presentem ypothe. que est angulum.c. vnius: esse equalem angulo.c. alterius.⁊ per.15. primi: partem eẽ equalem toti. cõplebo itaq̧z sup̃ficiem equidistantium laterum productis lineis.a.d.⁊.f g. quousq̧z concurrant in.h. eritq̧z per primam partem.7. quinti vtriusq̧z superficiei.a.c.⁊.c.f. ad superficiem.c.h. proportio vna: ⁊ quia per primam huius ꝓportio superficiei.a.c. ad sup̃ficiẽ.c.h. sicut linee.b.c. ad lineam.c. g. ⁊ superficiei. c.f. ad eandem superficiem.c.h. sicut e.c.ad.c.d. manifesta ẽ prima pars proposite cõclusionis. Scd̃a ps sic pz. p primã eni huius ẽ proportio.b.c.ad. c.g. sicut.a. c.ad c.h.⁊.e.c.ad.c.d. sicut.c.f.ad eandẽ.c.h. ⁊ q̃ positũ ẽ q̧ proportio.b.c.ẽ ad.c.g. sicut.e.c.ad.c.d. erit vtriusq̧z duaꝝ sup̃ficierũ.a.c.⁊.e.g. ad sup̃ficiẽ .c.h. vna proportio. ergo per primã partem.9. quinti.a.c. est equalis.c.f. sicq̧z patet scd̃a pars.



Propositio .14.

Si duo trianguli quorum vnus angulus vnius vni angulo alteri⁹ equalis eq̃les fuerint: latera duos angulos equos continentia erunt mutekesia. Si vero latera duos equos angulos cõtinentia fuerint mutekesia duo trianguli eq̃les

esse comprobantur.



¶ Sint duo trianguli.a.b.c.c.d.e.equales: sitq; angulus.c.vnius equalis angulo c.alterius: dico proportionem.a.c.ad.c.e.esse sicut.d.c.ad.c.b.& si fuerit ꝓportio a.c.ad.c.e.sicut.d.c.ad.c.b.& predicti anguli fuerint adhuc equales: dico illos du/os triangulos esse equales: coniungam enim eos angulariter ita ꝙ latera.a.c.&.c.e.fiant linea vna.eruntq; similiter.b.c.&.c. d. linea vna. aliter sequeretur partem esse equalem toti.per.15.primi: & protraham lineam.b.e.eritq; per primam ptem 7.quinti vtriusq; dictoꝝ trianguloꝝ ad triangulum.c.b.e.proportio vna: & q: per primam huius primi eorum ad ipsum est sicut.a.c.ad.c.e.& secundi eorum ad eũdem sicut.d.c.ad.c.b.manifesta est prima pars ꝓposite conclusionis. ¶ Secunda pars ecõuerso probatur.q: a.c.ad.c.e.est sicut primi trianguli ad triangulũ.b.c.e &.d.c.ad.c.b.sicut secundi ad eundem per primam huius: & quia positum est vt sit a.c.ad.c.e.sicut.d.c.ad.c.b.erit vtriusq; dictorum triangulorum ad triangulũ.b.c.e.vna proportio: quare per primam ptem.9.quinti ipsi sunt equales. sicq; patet secunda pars.

Propositio .15.

SI fuerint quatuor linee proportionales quod sub prima & vltima rectangulum continetur: equũ erit ei qḋ sub duabus reliquis. Si vero qḋ sub prima & vltima continetur equuz fuerit ei qḋ sub duabus reliquis continetur rectã/gulum: quatuor lineas proportionales esse conuenit.



¶ Sint quatuor linee.a.b.c.d.proportionales: Sitq; proportio.a. ad.b .sicut.c. ad.d. dico ꝙ superficies contenta sub.a.&.d.equalis est superficiei contente sub.b &.c.& si superficies contenta sub.a.&.d.est equalis supficiei contente sub.b. &.c.dico ꝙ proportio.a.ad.b.est sicut.c.ad.d. Fiant eni superficies contenta sub.a.&.d & superficies cõtenta sub.b.&.c. Si ergo est ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d. latera il larum superficierũ erunt mutekesia. sed & anguli ab eis contenti equales: q: vtraq; est rectoꝝ angulorũ: quare per scḋaz partẽ.13.huius ipsi sunt equales quod est primum. ¶ Scḋm patet per primam partem eiusdẽ. si enim ipse sunt equales. q: oẽs anguli earum sunt recti: latera earum erunt mutekesia: quare proportio.a.ad.b. sicut.c.ad.d.quod est secundum.



Propositio .16.

SI fuerint tres linee proportionales qḋ sub prima & ter/tia rectanguluz continetur: equũ erit ei qḋ a secunda quadrato describitur. Si vero qḋ sub prima & tertia continetur equum est ei quadrato qḋ a secunda producitur: ipse tres linee proportionales erunt.



¶ Sit proportio linee.a.ad lineam.b.sicut linee.b.ad lineam.c.dico ꝙ superficies contenta sub.a.&.c.equalis est quadrato.b.& si superficies contenta sub.a.&.c.est equalis quadrato.b.dico ꝙ proportio.a.ad.b.est sicut.b.ad.c.hoc autem est eui/dens per precedentem posita alia linea que sit equalis.b.ita ꝙ.b.sit in ratione se/cunde & tertie.

Propositio .17.

SI fuerint duo triãguli similes proportio alterius ad alterũ est tanq̃z ꝓportio cuiuslibet sui lateris ad suũ relatiuũ latꝰ alteriꝰ duplicata. Manifestũ etiã ex hoc q꞉ omnium triũ lineaꝝ cõtinue ꝓportionaliũ quãta ẽ prima ad tertiã tanta erit supficies cõstituta sup primã ad supficiẽ cõstitutã sup scḋam. cũ fuerit ei similis in lineatione ⁊ creatione.

¶Sint duo trianguli.a.b.c.⁊.d.e.f.similes erũtq꞉ ꝑ diffinitionẽ equianguli ⁊ laterum ꝓportionalium. Sit ergo angulus.a.equalis angulo.d.⁊ angulus.b. angulo e.⁊ angulus.c.angulo.f.eritq꞉ proportio.a.b.ad.d.e.⁊.a.c.ad.d.f.sicut.b.c.ad.e f.dico q꞉ proportio trianguli.a.b.c.ad triangulum.d.e.f.ẽ sicut ꝓportio.b.c.ad.e f.duplicata. Subiũgaẗ enim ſm doctrinã.10.huius duabus lineis.b.c.⁊.e.f.tertia in continua proportionalitate que sit.c.g.ꝓtracta aut resecata.c.b.si.c.g.fuerit ea maior aut minor ⁊ producatur linea.g.a.eritq꞉ per scḋam partem.14.huius triangulus.a.g.c.equalis triangulo.d.e.f.propter id qḋ ꝓportio.a.c.ad.d.f.est sicut.e f.ad.c.g.⁊ angulus.c.equalis angulo.f.quare per scḋam partem.7.quinti trianguli.a.b.c.ad vtrũq꞉ illorum erit vna ꝓportio: sed per primã huius ꝓportio trianguli.a.b.c.ad triangulum.a.g.c.est sicut b.c.ad.g.c. At vero ꝓportio.b.c.ad.c.g sicut.b.c.ad.e.f.duplicata per.10.descriptionem quinti: ergo ꝓportio trianguli. a.b.c.ad triangulum.d.e.f.ẽ sicut proportio.b.c.ad.d.f.duplicata qḋ est ꝓpositum. Si autẽ.c.g.sit equalis.b.c.erit per scḋam ptem.14.huius triangulus.a.b.c.equalis triangulo.d.e.f.equalis autẽ ꝓportio cõponitur ex equali duplicata vel triplicata vel quotiensciũq꞉ sumpta. Istam eandẽ passionẽ possemus eodẽ modo ⁊ per eadem media demonstrare de superficiebus equidistantium laterũ similibus sumpta solũ.13.presentis loco.14. Non demonstrat autẽ eam.q꞉ per sequentem demõstratur vniuersaliter de omnibus supficiebus similibꝰ. Quare ꝑ corelˀ. q꞉ vniuersaliter ꝓponitur de omnibus supficiebus similibus nõdũ patet nisi de triangulis.s꞉ demonstrata sequente patens erit de omnibus. Posuit autem ipsum hic ⁊ non in sequente quia est corelˀ.huius.non autem sequentis: ex modo enim demonstrationis huius sua veritas manifestata est.non ex modo illius.



Propositio .18.

OMnes due superficies similes multiangule sunt diuisibiles in triangulos similes atq꞉ numero equales. Estq꞉ ꝓportio alterius earum ad alteram sicut cuiuslibet sui lateris ad suum relatiuum latus alterius proportio duplicata

¶Sint gratia exempli duo penthagoni. a.c. d.f.h.k. siles. dico q꞉ ipsi sunt diuisibiles in triangulos siles numero eq̃les.⁊ q꞉ ꝓportio alterius eorum ad alteꝝ ẽ sicut .a.b.ad.f.g.ꝓportõ duplicata. ducãẗ ei linee due.a.c.⁊.a.d.itẽq꞉ f.h.⁊.f.k.eritq꞉ ꝑ presentẽ ypothe: ⁊ ꝑ.6.huius triangulus.a.b.c. equiangulus triangulo.f.g.h.⁊ triangulus.a.e.d.triangulo.f.l.k. Similiter quoq꞉ per hãc cõem sciam. Si ab equalibus equalia demas que re.equa sunt: erit triangulꝰ.a.c.d.equiangulus triangulo.f.h.k. Nam ipsi penthagoni positi sunt equianguli. ⁊ lateꝝ ꝓportionaliũ: ⁊ q꞉ trianguli in quos diuiduntẽ sunt adinuicẽ equianguli: vt ꝓbatum est. erunt etiã ⁊ siles ꝑ.4.huius ⁊ diffinitionẽ similiũ supficieꝝ: quare cum ipsi sint numero equales patet primũ. ¶Scḋm sic. ꝓtrahanẗ.b.d.que secet.a.c.i puncto



m.⁊.g.k.que secet.f.h.in puncto.n.eritqꝫ triangulus.b.c.d.equiangulus triangu lo.g.h.k.per.6.huius ⁊ pręsentē ypoth.quare ⁊ triangulus.a.b.m.triangulo .f.g. n.⁊.a.m.d.f.n.k.ergo ꝑ.4.huius proportio.b.m.ad.g.n.est sicut.a.m.ad. f.n.⁊ a.m.ad.f.n.sicut.m.d.ad.n.k.quare per.11.quinti.b.m.ad.g.n.sicut.m.d.ad.n. k.ergo ꝑmutatim.b.m.ad.m.d.sicut.g.n.ad.n.k.sed per primā huius.a.b.m.ad a.m.d.⁊.b.c.m.ad.c.m.d.sicut.b.m.ad.m.d.⁊ per eandē.f.g.n.ad.f.n.k.⁊.g.n h.ad.h.n.k.sicut.g.n.ad.n.k.ergo ꝑ.13.quinti.a.b.c.ad.a.c.d.sicut.f.g.h. ad.f. h.k.quare permutatim.a.b.c.ad.f.g.h.sicut.a.c.d.ad.f.h. k.eadē rōne ꝓbabis ꝙ ⁊ sicut.a.e.d.ad.f.l.k.ergo ꝑ.13.ꝑmi quiti toti⁹ pēthagoni ad totū pēthagonū sicut.a.b.c.ad.f.g.h.per ꝑmissam igitur est proportio penthagoni.a.c.d.ad pen/ thagonū.f.h.k.sicut ꝓportio.a.b.ad.f.g.duplicata qd̄ est ꝓpositū:ex quo rursus patet correl.precedentis. ¶Aliter pōt demōstrari scdm̄.cū eni trianguli i quos pe thagoni dividunt̄ sint adinvicem similes: erit per precedētem proportio.a.b.c.ad f.g.h.sicut.b.c.ad.g.h.duplicata.⁊.a.c.d.ad.f.h.k.sicut.c.d.ad.h. k.duplicata. ⁊.a.e.d.ad.f.l.k.sicut.d.e.ad.k.l.duplicata.quꝫ igitur omnes hee ꝓportiōes du/ plicate sunt equales propter hoc qd̄ positū est simplas esse equales:erit ꝑ.13.quin/ ti totius penthagoni ad totum penthagonum sicut lateris vnius ad suum relati/ uum.latus alterius proportio duplicata.

Propositio .19.

Supra datam lineam date superficiei similem superficiem describere.

¶Sit data linea.a.b.supra quā volo constituere superficiem similē date suꝑficiei que sit penthagona:⁊ sit.c.d.e.f.g. divido hunc pētha gonū in triangulos ductis lineis.d.f.⁊.d.g.⁊ suꝑ punctū.a.cōstituo angulum equalē angulo.c.ducta linea.a.h.⁊ super punctū.b.constituo alium an/ gulum:qui sit.a.b.h.equalē angulo.c.d.g. ꝓtracta linea.b.h.quousqꝫ cōcurrat cū a.h.in pūcto.h.eritqꝫ per.32.primi angulus.a.h.b.equalis angulo .c.g.d. ⁊ ideo per.4.huius latera duoꝝ trianguloꝝ.g.c.d.⁊.h.a.b.ꝓportionalia:facio quoqꝫ an gulum.h.b.k.ducta linea.b.k.equalē angulo.g.d.f.⁊ angulum.k.b.l. ducta linea b.e.equalē angulo.f.e.d.⁊ angulum.b.h.k.ducta linea.h.k.equalē angulo.d.g.f. ⁊ angulum.b.k.l.ducta linea.k.l.equalē angulo.d.f.e.eritqꝫ perfectus penthago/ nus qui cōstituend⁹ erat suꝑ lineā.a.b. est eni equiangulus dato penthagono ꝓ/ pter equalitatē anguloꝝ trianguloꝝ in quos est vterqꝫ divisus sed ⁊ laterū ꝓpor/ tionaliū propter ꝓportionalitatē laterum ipsoꝝ trianguloꝝ que ex.4. huius evi/ denter apparet:quare per diffinitionem similium superficierū penthagonus con/ stitutus super lineam.a.b.est similis penthagono dato qd̄ est propositum.



Propositio .20.

Si fuerint vni superficiei similes quaslibet superficies sibi inuicem similes esse necesse est.

¶Sit vterqꝫ penthagonorum.a..b.c.d.e.f.similis penthagono.g.h k.dico eos esse similes sibi inuicem.Est enim vterqꝫ eorum equian/ gulus pēthagono .g.h.k.per cōuersionē diffinitiōis siliū superficieꝝ: quare sunt equianguli adinuicē.Similiter quoqꝫ ꝑ cōuersionē eiusdē diffinitionis



proportio.a.b.ad.g.b.sicut.a.c.ad.g.k.⁊.g.b.ad.d.e.sicut.g.k.ad.d.f. ergo per equam proportionalitatem.a.b.ad.d.e.sicut.a.c.ad.d.f. eodem modo probabis reliqua latera penthagonorum.a.b.c.⁊.d.e.f.continentia equos angulos esse proportionalia.per diffinitionem itaqȝ similium superficierum ipsi sunt similes adinuicem.quod est propositum.

Propositio .21.

Si fuerint quotlibet linee proportionales atqȝ sup̄ binas ⁊ binas similes superficies designentur: ipse quoqȝ superficies erunt proportionales. Si vero super binas ⁊ binas similes superficies constitute fuerint ꝓportionales: ipsas quoqȝ lineas proportionales esse necesse est.

¶ Sint quatuor linee proportionales.a.b.c.d.sitqȝ proportio.a.ad.b. sicut.c. ad d.dico ꝙ si superficies similes constituantur super.a.⁊.b.vtpote duo penthagoni similes ⁊ alie similes constituantur super.c.⁊.d. vtpote duo trianguli similes: erit proportio penthagonorum sicut triangulorum. Q̄ꝺ si fuerint penthagoni similes ⁊ similiter etiā trianguli similes: fueritqȝ proportio penthagoni ad penthagonum: sicut trianguli ad triangulū: dico ꝙ erit ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d. Subiungat̄ enim lineis.a.⁊.b.e.⁊ lineis.c.⁊.d.f.in continua ꝓportionalitate: sicut docet.10.huius.eritqȝ per.22.quinti ⁊ per equā ꝓportionalitatē.a.ad.e.sicut.c.ad.f. quia ergo per corel̄.17.huius proportio penthagonorum: ē sicut.a.ad.e.⁊ triangulorum sicut.c.ad.f.erit proportio penthagonorum sicut triangulorum: ⁊ hoc est primū. ¶ Scd̄m sic patet. Sint duo penthagoni similes ⁊ duo trianguli sil̄es. sitqȝ proportio penthagonorum sicut triangulorum.dico ꝙ proportio.a.ad.b.ē sicut c.ad.d. Sit enim.c.ad.g.sicut.a.ad.b.hoc enim qualiter fiat.dictum est supra.10 huius.⁊ super.g.fiat sicut docet.19.huius.superficies similis illi que est constituta super lineam.c.eritqȝ per premissam similis ei que constituta est super lineam.d. eritqȝ etiam per primam partem huius.21.que proportio penthagoni.a.ad penthagonum.b.eadem trianguli.c.ad triangulum.g.sed eadem erat etiam trianguli.c.ad triangulum.d.ergo per secundam partem.9.quinti triangulus.d.est equalis triangulo.g. Et quia sunt similes: erit linea.g.equalis linee.d.per primam partem.17.huius cum super lineas.c.d.⁊.g.sint trianguli: vel per secundam partem 18.cum fuerint quelibet alie figure multiangule: equalitas eni nō ꝓducit̄ ex aliqua proportione duplicata vel triplicata vel quotienslibet sumpta nisi ex eq̄li.erit itaqȝ c.ad.d.sicut.a.ad.b.quod est propositum.



Propositio .22.

Cuncte superficies equidistantium laterum que circa diametrum consistunt toti paralellogramo atqȝ sibi inuicem sunt similes.

¶ Sit vt in paralellogramo.b.d.cuius diameter.a.c. consistant superficies.g.h.⁊.f.k.equidistātiū laterū.circa diametrū.dico eas eē sil̄es toti ꝑalellogramo ⁊ sibi īuicē.ē eni ꝑ scd̄a3 h⁹.b.g.ad.g.c.⁊.d.h.ad.h.c.sicut.a.e ad..e.c.ergo coniunctiȝ.b.c.ad.c.g.⁊.d.c.ad.c.h.sicut.a.c.ad.c.e. q̄re ꝑ.11.hui⁹ b.c.ad.c.g.sicut.d.c.ad.c.h.sed etiam sicut.a.b.ad.e.g.cū.a.b.sit eq̄lis.d.c.⁊.e. g.h.c.eodē modo erit.a.d.ad.e.h.sicut.a.b.ad.e.g.⁊.d.c.ad.h.c.quia ergo ista



paralellograma sunt equiangula constat per diffinitionē similium superficierū.g.b. esse silē.b.d. Silr quoqȝ modo ꝓbat̄.f.k.eē silē eidē. ꝓpt̄ hoc ꝙ.b.a.ad.a.k.⁊.d.a ad.a.f.ē sicut.c.a.ad.a.e.ꝑ scḋaȝ bui⁹ ⁊ cōiūctā ꝓportionalitatē: q̄re ꝑ.20.bui⁹.f.k ē etiā silē.g.b.sicqȝ pȝ totū.

Propositio .23.

SI in suo spacio palellogramū partiale distinctum toti paralellogramo simile.atqȝ scḋm suū illius esse fuerit: circa eiusdem diametrum consistit.

¶Sit ut in paralellogramo.b.d.sit distinctum paralellogramū.f.g. qḋ sit sibi simile.⁊ scḋm suū eē.i.participans cū eo in angulo.c. dico ꝙ paralellogramū.f.g.consistit circa diametrū paralellogrami .b.d.⁊. est hec conuersa precedentis.producā eni.a.e.c.que si fuerit diameter paralellogrami.b.d.cōstat propositum. Sin autem sit.a.b.c.diameter eius.⁊ ducat̄.b.k. equidistans.f.c.eritqȝ per premissam paralellogramū.f.k.simile palellogramo.b.d.ergo per conuersionē diffinitionis similium superficierū ꝓportio.b.c.ad.k.c.ē sicut.d.c.ad.f.c. sed per eandē cōuersionē dicte diffinitionis ꝓportio.b.c.ad. g.c.ē sicut.d.c.ad.f.c propter id qḋ palellogramum.f.g.positum est simile paralellogramo.b.d.ergo per 11.quinti proportio.b.c.ad.g.c.est sicut.b.c.ad.k.c.vtraqȝ eni est sicut.d.c.ad.f.c quare ꝑ secūdā ptē none quinti.g.c.est equalis.k.c.pars videlicet toti quod ē impossibile. Erit igitur.a.e.c.diameter palellogrami.b.d.quod est propositum.



Propositio .24.

OMnium duarum superficierum equidistantium laterum quarum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis ꝓportio alterius ad alteram ē que ꝓducitur ex duab⁹ proportionibus suorū laterū duos equos angulos ꝯtinentium

¶Sint due supficies equidistantiū laterū.a.c.⁊.e.d.sitqȝ angul⁹.b. vnius equalis angulo.b.alterius. dico ꝙ ꝓportio vnius ad alterā ꝓducta est ex proportione.a.b.ad.b.d.⁊.c.b.ad.b.e.disponā enim has duas supficies penitus sicut disposui eas in..13.huius.adiuncto ad vtrāqȝ palellogramo.c.d.⁊ ponam ut ꝓportio linee.f.ad lineā.g.sit sicut.a.b.ad.b.d.⁊.g.ad.h.sicut.c.b.ad.b.e.qualiter eni hoc fiat.dictum est supra.10.huius: eritqȝ per primā huius.⁊.11.quinti. a.c. ad.c.d.sicut.f.ad.g.⁊.c.d.ad.d.e.sicut.g.ad.h.quare ꝑ.22.quinti erit in equa ꝓportionalitate.a.c.ad.d.e.sicut.f.ad.h.⁊ quia.f.ad.h.producitur ex.f.ad.g. ⁊.g. ad.h.vt dictū ē in fine expositionis.11.diffinitōis q̄nti.erit ut.a.c.ad.d.e.ꝓducat̄ ex eisdē: q̄re cōstat ꝓpositū.



Propositio .25.

DAte supficiei similem alijqȝ ꝓposite equalem designare.

¶Sint ꝓposite due supficies rectilinee. A.penthagona. B.exagona. volo facere vnā supficiem silem.a.⁊ equalē.b.vtrāqȝ ꝓpositarū superficierū resoluo in triangulos. A quidē i triangulos.c.a.d. B.vero ī triangulos.e.b.f.g.⁊ sup basim superficiei.a.que sit.h.k.cōstituo secūdū doctrinā.44.primi superficiē equidistantium laterum rectangulam equalem c.que sit.h.l.⁊.l.m.equalem.a.⁊.m.n.equalem.d.ut sit tota superficies equidistātium laterum.h.n.constituta super basim .h. k. equalis penthagono.a. Eodem modo super lineam.k.n.que est ḃm latus huius superficiei constituo aliā superficiem rectangulā eq̄lem exagono.b.qȝ facio.k.o.equalem.e.⁊.o.p.equalē.b.⁊.p.q equalē.f.⁊.q.r.equalem.g.vt sit tota rectangula superficies.n.r.equalis exagono.

b.⁊ pono per.9.huius lineam.f.t.proportionalē inter lineam.b.k.⁊ lineā.k.r.⁊ super eam scd̄m doctrinam.19.huius constituo superficiem.v.similem superficiei a.dico ipsā esse quā querimus ⁊ equalem superficiei.b.cum eniꝫ tres linee.b.k.f.t.⁊.k.r.sint continue proportionales.⁊ super primā ⁊ secūdā sunt constitute superficies similes videlicet.a.⁊.v.erit per correl̄.17.huius.a.ad.v.sicut.b.k.ad.k.r.quare per primam huius sicut.b.n.ad.n.r.⁊ ideo per primam partem septime qnti sicut.a.ad.n.r.⁊ propter hoc per secundam partem eiusdem sicut.a.ad.b.itaqꝫ per scd̄am.partē.9.quinti.v.est equalis.b.qđ est propositum. ¶ Qđ etiā possum⁹ ex ꝑmutata ꝓportionalitate facile ꝓbare.quia cum sit.a.ad.v.sicut.b.n.ad.n.r.erit permutatim.a.ad.b.n.sicut.v.ad.n.r.⁊ quia.a.est equalis.b.n.erit.v.equalis n.r.quare.v.est etiā equalis.b.per hanc cōmunē scientiam:quecunqꝫ vni ⁊ eidem sunt equalia inter se sunt equalia.Nō est autē necessariū vt superficies.b.l.l.m.⁊.m.n.equidistantium laterum equales triangulis.c.a.d.aut sup̄ficies.k.o.o.p.p.q.⁊.q.r.equales triangulis.e.b.f.g.sint rectangule.sed ut angulus extrinsec⁹ superficiei.l.m.sit equalis angulo intrinseco superficiei.l.b.⁊ extrinsecus.m.n.intrinseco.m.l.Similiter quoqꝫ ut extrinsecus superficiei.k.o.sit equalis intrinseco superficiei.b.n.⁊ extrinsecus.o.p.intrinseco.k.o.sicqꝫ de ceteris.Cum eniꝫ sic fuerit erit vnaquaqꝫ linearum.k.n.⁊ sibi opposita.b.m.itemqꝫ.b.r.⁊ sibi opposita.n q.linea vna per vltimam partem.29.primi:⁊ per.14.eiusdem:quotiens oportuerit equaliter repetitas:propter id qđ omnes superficies.b.l.l.m.⁊.m.n.Itemqꝫ.k o.o.p.p.q.⁊.q.r.sunt equidistantium laterum ⁊ angulus extrinsec⁹ cuiusqꝫ sequētis est equalis intrinseco eā ꝑcedentis:quare due sup̄ficies.b.n.⁊.n.r.erunt equidistantium laterū ⁊ inter lineas equidistantes.⁊ equalis altitudinis.Cetera ergo argue vt prius:



Propositio .26.

Super dimidiū date linee palellogramū designatum maius ē eo palellogramo cui date linee applicato deest ad cōpletionē linee sil'e ⁊ sup̄ diametruꝫ consistens super dimidium collocati.

¶ Sit data linea.a.b.sup̄ cuius dimidiū.c.b.cōstituat̄ palellogramū c.d.cuius diameter.b.e.⁊ ad lineā.a.b.applicet̄ palellogramū.a.f.cuius vnū lat⁹ secet.e.c.in puncto.g.ita ꝙ ad cōplementū totius linee.a.b.desit sup̄ficies.f.b.q̄ sit similis sup̄ficiei.c.d.⁊ consistēs circa diametrū eius:dico tunc ꝙ palellogramū c.d.est mai⁹ palellogramo.a.f.Est eni ꝑ primā huius.a.g.equale.g.b.⁊ ꝑ.43.primi.c.f.equale.f.d.ergo per hāc cōmunē scientiam:si equalibus equalia addas.⁊c.erit gnomo cōstans ex tribus palellogramis q̄ sunt.c.f.f.b.⁊.f.d.eq̄lis palellogramo.a.f.quare palellogramū.c.d.ē maius palellogramo.a.f.i palellogramo.c.f.qđ ē propositū.Idē etiā eēt si sup̄ficies.a.f.fieret altior sup̄ficie.c.d.vt videre potes in secunda figura i qua etiā per primā huius.a.g.ē equale.g.b.demptis itaqꝫ vtriqꝫ duobus supplemētis superficiei.f.b.excedet palellogramū.c.d.palellogramum.a.f.in palellogramo.f.e.





Propositio .27.

Trilatera superficie ꝓposita equū ei sup̄ quēlibet assignatā lineā palellogramū designare cui desit ad cōplēdā lineam alij sup̄ficiei ꝓposite sil'e palellogramū qđ scd̄m eiusdē suum esse paralellogramo super dimidium date linee collocato minime maius existat.



¶ Sit assignata linea.a.b.⁊ propositus triangulus.c.propositūq̨ palellogramum
d.volo super lineam.a.b.designare palellogramū equale triangulo.c. ita ꝙ desit
ad cōplendam lineam.a.b.paralellogramū simile.d.⁊ sit ita conditionatū. ꝙ tri/
angulus.c.non sit maior palellogramo simili.d.collocato sup̱ dimidiū linee.a.b.
alioquin ad impossibile laborare͂t per premissam. Diuido igitur lineā.a.b.per e/
qualia in puncto.e.⁊ secundum doctrinam.19.huius.super eius medietatem .e.b
constituo paralellogramu₃.e.f.simile:d. ⁊ complebo super totam lineam.a.b.pa
ralellogramū.b.g.quia igitur.c.non est maior paralellogramo. e.f. sed equalis ei
aut minor sicut positū est. Si fuerit ei eq̄lis.erit palellogramū.e.g:quale intendit
p̱.36.p̄mi coadinuāte p̄ma p̱te.9.⁊ p̱ diffinitionē siliū sup̱ficierū ⁊.20.hui⁹.Si aūt
mior sit mior in superficie aliq̄ cui eq̄lis ⁊ silis.d.fiat ƀm doc̄na₃.25.huius que sit
h.eritq̨.h.similis.e.f.per.20.huius.quare per conuersionem diffinitionis equian
gula sibi ⁊ proportionalium laterum:protrabam igitur in palellogramo.e. f.dia/
metrum.b.k.⁊ resecabo latera.k.f.⁊.e.k.superficiei.e.f.ad mensurā laterum sup̱/
ficiei.h.protractis lineis.l.m.⁊.n.o.equidistantibus lateribus superficiei.e. f.se/
cantib⁹ se in pūcto.p.vt sup̱ficies.k.p.sit equalis ⁊ similis sup̱ficiei.h.eritq̨ p̱.23.
huius punctū.p.in diametro.k.b.protracta itaq̨.o.n.vsq̨ ad.a.g.dico paralello
gramū.a.p.esse q̄le ꝓponit͂.Deest eni sibi ad cōplemētū linee.a.b.pallellogramū
p.b.qḋ per.22.⁊.20.huius est simile palellogramo.d. Sed ipsū etiā palellogramū
a.p.est equale triangulo.c.Est enim per primā huius.a.n.equale.n.b. ergo p̱.43.
primi: ⁊ hanc cōmunem scientia₃ :si equalibus equalia addas.⁊c.paralellogramū
a.p.est equale gnomoni.n.b.l.⁊ quia iste gnomo est equalis triangulo.c. propter
id qḋ paralellogramū.e.f.positum fuit esse maius triangulo.c.in paralellogramo
h.qḋ est equale paralellogramo.k.p.patetꝑpositum.

Propositio .28.

Super datam lineam date superficiei trilatere equum pa/
ralellogramum constituere .qḋ addat super cōpletionem
date linee superficiem equidistantium lateru₃ date super/
ficiei equidistantium laterum similem.



¶ Sit vt prius data linea.a.b.⁊ datus triangulus.c.datumq̨ para/
lellogramum.d.volo super lineam.a.b.constituere palellogramū equale triangu/
lo.c.qḋ addat super totam lineā.a.b.palellogramū simile.d.diuido lineam. a.b.p̱
equalia in puncto.e.⁊ super eius medietatem.e.b.facio.e.f.similem.d. ƀm qḋ do/
cet.19.huius. ⁊ ƀm doctrinam .25.huius.facio.k.l.cui⁹ diametrū.g.h. similem.d
⁊ equalem duabus superficiebus.e.f.⁊.c.eritq̨ per.20.huius.k.l.similis.e.f. sup̱/
posita igitur superficie.k.l.sup̱ficiei.e.f.ita ꝙ ābe cōmunicet in angulo.g.erit per
23.huius superficies.e.f.consistens circa diametrum superficiei. k.l. quare pūctū
b.est in diametro.g.h.cōplebo igitur palellogramū.a.h.qḋ dico esse quale ꝓpo/
nitur.qḋ cōstat ꝓtractis linea.f.b.vsq̨ ad.m.⁊ linea.e.b.vsq̨ ad.n.Est enim per
primam partem huius.a.k.equale.k.b.⁊ ideo per.43.primi ē etiā eq̄le.n.f. addi/
to ergo vtriq̨.e.h.erit p̱ cōe₃ sciam.a.h.equale gnomoni. e.h.f. sed iste gnomo ē
equalis triangulo.c.quia paralellogramū.k.l.positum fuit equale duab⁹ superfici
ebus.c.⁊.e.f.ergo palellogramū.a.h.ē eq̄le.c.⁊ addit ad cōplemētū linee.a.b.pa
lellogramū.m.n.ꝙ p̱.22.⁊.20.h⁹ ē sile palellogramo.d. q̄re ꝯstat p̱fectū esse quod

volumus. Possumus aũt ad lineã datã adiungere palellogramũ equale nõ solũ tri atlere superficiei posite. sed ⁊ cuilibet rectilinee figure proposite quecunqȝ ipsa fuerit cui desit ad cõplendã lineam datam superficies similis superficiei equidistantium laterum proposite: sicut docȝ premissa obseruata conditione eius ne laboretur ad impossibile per ante premissam. vel ꝙ addat ad cõplendam lineam superficiẽ equidistantium laterum similem superficiei proposite: sicut proponit cõclusio presens. propositam enim superficiem cui equale parallellogramũ debet ad lineã datam adiungi. qȯ addat aut diminuat ad completionem linee parallellogramũ simile paralellogramo dato: resoluemus in triangulos. ⁊ ipsis mediantibus describemus superficiem equidistantium laterum totali superficiei proposite equalem. hoc autem qualiter fiat: ⁊ si scire volueris. require. 25. huius. dehinc super duplum basis eius equalis altitudinis triangulum cõstituemus quẽ si. 44. primi diligenter inspexeris paralellogramo prius designato inuenies esse equalem: quare ⁊ superficiei proposite: huic ergo triangulo si equale paralellogramũ ad lineam datam adiunxeris qȯ addat ad complementum linee aut minuat paralellogramũ simile paralellogramo dato secundum ꝙ docet hic et premissa: quod propositum erat te pfecisse non dubites.



Propositio .29.

Quamlibet lineam propositam secundũ proportionem habentem medium. duoqȝ extrema secare.

¶ Sit proposita linea. a. b. q̃ȝ volo diuidere secundũ proportionem habentem medium ⁊ duo extrema ex ipsa describo quadratum. b. c. ⁊ ad eius latus. a. c. adiungo ſm qȯ docet premissa paralellogramũ c. d. equale quadrato. b. c. ꝙ addat ad cõplementũ linee. a. c. paralellogramũ. a. d. ꝙ sit simile. b. c. sitqȝ latus palellogrami. c. d. qȯ equidistat. a. c. d. e. ⁊ secet lineam a. b. in puncto. f. dico lineã. a. b. esse diuisam in puncto. f. sicut proponitur: est enĩ a. d. quadratum propter id qȯ est simile. b. c. quare. a. f. est equale. f. d. sed ⁊. f. e. est equalis. a. b. propter id qȯ est equalis. a. c. per. 34. primi: ⁊ quia. c. d. equale. b. c. dempto vtrũqȝ. c. f. erit. a. d. equale. e. b. ⁊ angulus. f. vnius angulo. f. alterius. ergo per. 13. huius latera sunt mutekesia: ergo. e. f. ad. f. d. sicut. a. f. ad. f. b. ⁊ q̃r. e. f. est equalis. a. b. ⁊. f. d. a. f. erit. a. b. ad. a. f. sicut. a. f. ad. f. b. ergo per diffinitionem est diuisa ut proponitur. Idem etiam potest demonstrari ex. 11. secundi: diuidatur enim. a. b. in puncto. f. ſm qȯ docȝ. 11. secundi: sitqȝ. e. b. qȯ continetur sub tota. a. b. ⁊ eius parte. f. b. ita ꝙ. f. e. sit equalis. a. b. ⁊. a. d. sit quadratum. a. f. est itaqȝ per predictam. 11. secundi. e. b. equale. a. d. qȯ restat arguere ut pri⁹: per. 13. huius. vel sic cum. a. b. sit diuisa in puncto. f. secundum qȯ docet. 11. secundi. qȯ fit ex. a. b. prima in. f. b. tertiam est equale quadrato. a. f. secunde. ergo per secundam partẽ 16. huius proportio. a. b. prime ad. a. f. secunda est sicut. a. f. secundã ad. f. b. tertiã per diffinitionem itaqȝ diuisa est. a. b. vt proponitur.



Propositio .30.

Si fuerint duo trianguli super vnũ angulũ cõstituti quorũ duo latera angulũ illuȝ continentia duobus alijs eorum lateribus equidistẽt. fuerintqȝ illa q̃tuor latera ſcdm equidistantiam relata proportionalia. illos duos triangulos super vnã lineam rectam cõstitutos esse necesse est.

¶ Sint duo trianguli. a. b. c. d. c. e. cõstituti sup angulũ. a. c. d. sitqȝ. a. c. equidistãs



d.e.⁊.d.c.a.b..⁊ sit propoꝛtio.a.c.ad.d.e.sicut.a.b.ad.d.c.dico ꝙ due bases eo/rum.b.c.⁊.c.e.sunt linea vna.Est enim angulus.a.equalis angulo.d .quia vterqꝫ eoꝛum est equalis angulo.a.c.d.per primam partem.29.primi:igitur per p̄senté ypothe.⁊.6.huius ipsi trianguli sunt equianguli. ⁊ angulus. b. est equalis angulo d.c.e.⁊ angulus.a.c.b.angulo .e.quare per .32.primi:tres anguli qui sunt. ad.c. sunt equales duobus rectis:ipsi enī equant̄ tribus angulis vtriuslibet duoꝛum tri/angulorum:ergo p.14.primi.b.c.est linea vna:quod est propositum.

Propositio .31.



In omni triangulo rectangulo superficies lateris ꝙ sub/tenditur angulo recto equalis est superficiebus duoꝝ la/terum angulum rectum continentium pariter acceptis.cū fuerint similes ei in lineatione ⁊ creatione:

ne binomij quarti sicut ibi ex diffinitione binomij primi.

Binomium quintum querere. Propositio .46.
¶Huius inuentio sic ē sicut binomij scd̄i: excepto ꝙ numerꝰ.c.nō q̄/
dratus diuidet̄ in.d.nō quadratū ⁊.e.quadratū.ita tamē ꝙ ꝓpor/
tio.c.ad.d.nō sit sicut numeri q̄drati ad numeꝝ q̄dratū: Cetera oīa
sūt hic pquirenda ex diffinitione binomij quinti sicut ibi quesita sunt
ex diffinitione binomij scd̄i. vel pone ꝙ linea.g.h.sit cōicās linee.a.rōnali posite ī
longitudine: ⁊ pone numeꝝ.c.quadratū diuisū in duos nō q̄dratos qui sūt.d.⁊.e.
pone itaqꝫ ꝓportionē q̄drati linee.g.h.ad q̄dratū.f.g.sicut numeri.e. ad numeꝝ
c.deinde astrue ꝓpositū ex vltima parte.7.⁊ p̄miibꝰ ypothesibꝰ ⁊ conuersa ⁊ euersa
ꝓportionibus ⁊ iterū ex vltima parte. .ex diffinitione binomij quinti.

Propositio .47.
In binomio sexto demū oportet insistere. ¶Binomiū sextū
sicut tertiū scrutādū ē ⁊ tn̄ erit hic nūerꝰ q̄dratꝰ.c.diuisꝰ i duos nō q̄
dratos.d.⁊.c cetera ut ibi eritqꝫ ex dione binomii.6.linea q̄ꝫ ꝓponūt









f.g.⁊.g.b.sibi inuicem directe cõiuncte binomiũ sextũ:qꝺ ẽ ꝓpositum inuenire.

Propositio .48.

Si fuerit superficies binomio primo lineaqꝫ rationali con tenta: latus qꝺ super eam potest binomium eẽ necesse est.

¶ Sit superficies.a.c.contenta linea rõnali.a.b.⁊ binomio primo ꝙ sit.b.c.dico ꝙ latus tetragonicũ superficiei. a.c.ẽ binomiũ :Sit enĩ punctus.d.cõmunis termin⁹ duaꝝ portionũ binomij prim i:b.c.cu ius maior portio sit.b.d.eritqꝫ rõnalis i longitudine ex diffinitione:⁊ cõmensura/ bilis linee.a.b.rõnali posite . Diuidatur item minor portio que est.d.c.per equa/ lia ad punctũ e.lineaqꝫ.d.b.diuidaᷣ sub ea conditione ad punctũ.f. qꝺ inter par/ tes eius que sũt.b.f.⁊.f d.cadat de medio loco proportionalis: quod qualiter fiat in.13.dictum est:ducantur autẽ linee.c.g.d.h.f.k. equidistantes linee.a .b.⁊ quia ex diffinitione binomij primi linea.d.b.est potentior linea.d. c.in quadrato linee sibi cõmunicantis in longitudine:sequitur ex scđa parte.13.ꝙ due linee.b.f.⁊.f.d. sint cõicantes: per.9.igitur est vtraqꝫ eaꝝ cõmunicans toti linee.b.d.quare ꝑ diffi nitionẽ ambe sunt rõnales in longitudine.ideoqꝫ per.15.vtraqꝫ duaꝝ superficieꝝ a.f.⁊.f.b.est rõnalis :describatur itaqꝫ quadratũ.l.m.cuius latus.l.r.equale sup/ ficiei.a.f.cui circũponatur gnomo protracta dyagonali.l.m.n.ad eam quantitatẽ qꝺ ipsius gnomonis quadratũ:qꝺ sit.m.n.sit equale superficiei.f.b.duoqꝫ ei⁹ sup plementa sint.p.m.⁊.m.q.que necesse est esse equalia duabus sup̃ficiebus. d.g.et g:c.qꝺ sic collige:cũ enim sit linea.d.c.medio loco ꝓportionalis inter lineas.b.f.⁊ f.d.erit superficies.d.g.ex prima sexti medio loco ꝓportionalis inter superficies a.f.⁊.f.b. quare ⁊ inter quadrata.l.m.⁊.m.n.⁊ quia supplementuꝫ p.m.est etiam medio loco porportionale inter quadrata dicta ex prima sexti:sequitur ut.p.m.sit equalis.d.g.ideoqꝫ.m.q.g.c.igitur linea.l.p.est latus tetragonicũ superficiei.a.c. hanc lineã dico esse binomiũ: cũ sint enĩ ambo quadrata. l.m: ⁊.m.n .rationalia erunt ex diffinitione due linee.l.r.⁊.r.p.potentialiter rõnales. Est autem per pri/ mam sexti.a.f.ad.d.g.sicut.b.f.ad.d.e.sed.b.f.est incõmensurabilis.d.e.s.qr.b.f est .ationalis simpliciter vt probatum est.d.e.vero quia cõicat in longitudine.d.c rõnale iñ potẽtia tantum eritqꝫ ipsa rõnalis in potentia tantũ per.18.qꝺ ex p̃miss/ sis ypothesibus manifestũ est itaqꝫ per scđam ptẽ.10.sup̃ficies.a.f.est incõmensu/ rabilis superficiei.d.g.igitur ⁊ quadratum.l.m.supplemento.p.m.quare ꝑ primã sexti ⁊ scđam ptẽ.10.linea.l.r.ẽ incõmẽsurabilis linee.r.p.ex.30.igiᷣ ꝯstat lineã.l.p esse binomiũ qꝺ erat monstrandũ.





Propositio .49.

Si fuerit superficies linea rationali binomioqꝫ secũdo cõ/ tenta:latus eius tetragonicum erit bimediale primum.

¶ Sit eadem figura eedemqꝫ ypotheses q̃ in premissa: eritqꝫ ex diffi nitione binomij secundi linea.d.c.rationalis in longitudine :quare per.15.vtraqꝫ duarum superficierum.d.g.⁊.g.c.ideoqꝫ et duo sup/ plementa.p.m.m.q.erit rationalis:linea vero.b.d.erit rationalis in potentia tan tum:et diuisa in duas lineas communicantes.f.d.et. b.f.ex diffinitione binomij secundi ⁊ premissis ypothesibus ⁊ secunda parte.13.per.19.igitur erit vtraqꝫ duaꝝ superficieꝝ.a.f.⁊:f.b.ideoqꝫ ⁊ vtrũqꝫ quadratoꝝ.l.m:⁊.m.n.mediale:itaqꝫ ambe

lincee.l.r.⁊.r.p.ſunt mediales in potentia quoqȝ cõmunicantes:nã cum linea.b.f. cõicet lincee.f.d.ſequitur ut.a.f.ↄmunicet.f.b.quare quadratũ.l.m.quadrato.m. n.ideoqȝ ⁊ linea.l.r.lincee.r.p.in potentia:in longitudine autẽ non cõmunicãt:qm̃ vna earum ad alterã eſt ſicut.l.m.ad.m.p.Cum igitur.l.m.nõ ↄmunicet.m.p.eo ꝙ altera medialis videlicet.l.m.altera vero rõnalis videlicet.m.p.ſequitur ut.l.r nõ cõmunicet in longitudine.r.p. qꝛ igitur ipſe continent ſuperficiem rationalem que eſt.m.p.ↄſtat lineam.l.p.ex.31.huius eſſe bimediale primum.



Propoſitio .50.

Si binomio tertio ac linea rationali ſuperficies contineatur linea in eam potens erit bimediale ſecundum.

Diſpoſitio ⁊ ypotheſes maneant vt ſupra.Eritqȝ ex his ypotheſibus ⁊ diffinitione binomij tertij ⁊.19.vnaqueqȝ quatuor ſuꝑficierũ in quas diuiſa ẽ ſuꝑficies.a.c.medialis: quare vtrũqȝ duoꝝ quadratoꝝ.l.m.m.n.⁊ vtrũqȝ duoꝝ ſupplemẽtorũ.p.m.⁊.m.q.erit etiã mediale vtraqȝ igitur duaꝝ linearũ.l.r.⁊.r.p.erit medialis.⁊ cũ due ſuperficies.a.f.⁊.f. b.ſint cõmunicantes eo ꝙ due lincee.b.f.⁊.f.d.ſint cõmunicantes per ſecũdã partẽ.13.erũt due linee.l.r.⁊.r.p.cõmunicantes in potentia in longitudine vero nõ:qꝛ ſuꝑficies l.m.non cõicat cũ ſuperficie.m.p.eo ꝙ neqȝ.a.f.cõicat cum.d.g. Nam linea.b.f. nõ cõmunicat cum.d.e. cum igit̃ ipſi ↄtineant ſuperficiem medialem que eſt.p.m cõſtat ex.32.lineã.l.p.eſſe mediale ſcđm:quod eſt propoſitum.



Propoſitio .51.

Si linea rationali binomioqȝ quarto ſuperficies cõtineatur:que in eã ſuperficiem poteſt eſt linea maior.

Cunctis ut in premiſſis manẽtibus erit ex ypoth. ⁊ diffinitione binomij quarti ⁊.19.vtraqȝ duaꝝ ſuꝑficieꝝ.d.g.⁊. g.c. quare ⁊ vtraqȝ duaꝝ.p.m.⁊.m.q.medialis duoqȝ quadrata.l.m.⁊.m.n.pariter accepta rõnale eo ꝙ ſuperficies.a.d.ẽ rõnalis per diffinitionẽ binomij quarti ⁊.15. Et quia.d.b.diuidit̃ in puncto.f.in duo incõicantia per ſcđam partẽ.14.erit ſuperficies.a.f. incõmenſurabilis ſuperficiei.f.b. Ideoqȝ ⁊ quadratum.l.m. quadrato m.n.due igitur lincee.l.r.⁊.r.p.ſunt incõmenſurabiles i potentia que cũ contineãt ſuperficiem medialẽ.p.m.⁊ earum quadrata ambo pariter accepta ſunt rationale ↄſtat per.33.lineã.l.p.eſſe lineam maiorẽ quod erat monſtrãdum.

Propoſitio .52.

Si fuerit ſuperficies linea rationali atqȝ binomio quinto contenta quecunqȝ in eam linea poteſt petens in rationale ⁊ mediale eſſe ex neceſſitate conuincitur.

Hec in hac quoqȝ ẽ aliquid ex priorum diſpoſitione ⁊ poſitionib⁹ mutandũ:eis enĩ manẽtibus erit ex his que poſita ſunt in diffinitione binomij quĩti ⁊.15.vtraqȝ duaꝝ ſuꝑficieꝝ.d.g.⁊.g.e.quaꝝ vtraqȝ duaꝝ.p. m.⁊.m.q.rõnalis totaqȝ.a.d.quare ⁊ duo q̃drata.l.m.⁊.m.n.ꝑiter accepta medialis ex.19.cũqȝ ex ſcđa ꝑte.14.ſit linea.f.b.icõmẽſurabilis linea.f.d.iđoqȝ ſuꝑficies.a.f.ſuꝑficiei.f.b.⁊ q̃dratũ.l.m.q̃drato.m.n.erit linea.l.r.icõmẽſurabil̃ i potẽtia linea.r.p.at qꝛ ip̃e ↄtinẽt ſuꝑficiẽ rõnalẽ.p.m.⁊ eaꝝ q̃drata ãbo ꝑiter accepta ſunt mediale conclude ex.34.linea.l.p.eſſe potentem in rationale ⁊ mediale:quod promiſſum eſt.





Propositio .53.

SI binomio sexto lineaqȝ rōnali superficies contineatur linea que in eam potest: in duo in medialia potens esse probatur.

¶ Hec.53. adhuc te sustinet ociari a pingendo figuras: contenta enī est premissis dispositione ⁊ positionibus. Quib⁹ stantibus necesse ē ex ipsis positis ⁊ dispositione .i. diffinitione binomij postremi ⁊.19. quālibet ex su/perficiebus .a.d.⁊.d.g.⁊.g.c. propter quod ⁊ ambo quadrata .l.m.⁊.m.n. pariter accepta ⁊.p.m.⁊.m.q. esse medialeȝ. Cumqȝ .b.f.⁊.f.d. propter qđ .a.f.⁊.f.b. ideo qȝ .l.m.⁊.m.n. sint incōmensurabiles erunt due linee .b.c.⁊.r.p. incōmmensurabi/les in potentia. at quia ipse continent superficiem medialem .p.m. earumqȝ ambo quadrata pariter accepta sunt mediale qđ est duplo superficiei vnius in alterā in/commensurabile: qđ ex eo probatur ꝙ superficies .b.h. ē incōmensurabilis super/ficiei .h.c. propter hoc ꝙ linea .d.b. est incōmensurabilis linee .d.c. sequitur ex .35. li/neam .l.p. esse que potest in duo medialia.

Propositio .54.

SI linee rationali equum quadrato binomij rectangulum adiungat: latus eius scdm binomiū primū esse coueniet.

¶ Hec sex sequentes conuerse sunt sex precedentium per ordinē hui⁹ autem est hec intentio. Sit linea .a.b. binomiū diuisa ad punctū .c. in duas lineas .a.c.⁊.c.b. ſm suam diffinitionē aut termini eiusqȝ .a.b. quadratum sit .b.d. sitqȝ linea .e.f. rōnalis in longitudine cui adiungatur superfi/cies .e.g. equalis quadrato .b.d. dico ꝙ latus scdm huius superficiei quod ē linea .f.g. est binomiū primū. Diuidatur enī quadratū .b.d. in duo quadrata .b.h.⁊.h.d. que sint quadrata duarum portionuȝ binomij: ⁊ in duo supplementa .a.h.⁊.h.k. quorum vtrūqȝ continetur sub duabus portionibus binomij: eritqȝ ex diffinitio/ne binomij que habetur per .30. vtrūqȝ istoꝝ quadratoꝝ rōnale. ⁊ per .19. vtrunqȝ supplementū mediale. Ex superficie igitur .e.g. abscindatur superficies .e.l. equa/lis quadrato .d.h.⁊.l.m. equalis quadrato .h.b.⁊.n.p. equalis vni duoꝝ supple/mentorum .a.h. vel .h.k. eritqȝ .p.g. residua equalis reliquo supplemento: quare per primam sexti linea .n.q. est equalis linee .q.g. ex premissis aūt manifestū est ꝙ vtraqȝ duaꝝ superficierum .e.l.⁊.l.m. ⁊ iđ tota superficies .e.n. est rōnalis Et vtra/qȝ duarum equalium .n.p.⁊.p.g. ⁊ ideo tota .m.g. medialis: quare per .16. vtraqȝ duarum linearuȝ .f.l.⁊.l.n. ⁊ tota linea .f.n. rōnalis in longitudine: ⁊ linee .e.f. ra/tionali posite cōmensurabilis: ⁊ per .20. vtraqȝ duaruȝ .n.q.⁊.q.g. ⁊ tota .n.g. ra/tionalis in potentia tantum incōmensurabilis linee .m.n. ⁊ ideo linee .e.f. sibi eq̄li ⁊ per consequēs ⁊ linee .f.n. in longitudine: Si igit̄ linea .f.a. que est maior linea .n.g. vt ex primo duoꝝ antecedētiū .35. demonstrationi subiunctoꝝ ⁊ prima sexti apparet: fuerit potentior linea .n.g. minori in quadrato linee secum cōmunicantis in longitudine. tunc ex diffinitione binomij primi manifestum est lineam .f.g. eē binomium primum. Hoc autem ita esse sic habeto. Cum inter duo quadrata .d.h ⁊.h.b. sit per primā sexti superficies .a.h. medio loco proportionalis: conuincitur ex prioribus ypothesibus superficiem .m.q. esse inter superficies .e.l.⁊.l.m. medio loco proportionalis: quare per primā sexti linea .n.q. que est medietas linee .n.g est in medio loco proportionalis inter duas lineas .f.l.⁊.l.n. qđ igitur fit ex .f.l. in

l.l.n.est quantū qđ ex.n.q.in se per.16.sexti:ideoq; per.4.scđi quantū quarta ps quadrati linee.n.g. Itaq; per primā ptē.13. cum linea.f.n.diuidatur a superficie sibi adiuncta equali quarte parti quadrati breuioris linee.n.g. ita q ad cōplendā totam lineam.f.n.desit superficies quadrata in duo cōicantia ad punctū.l.erit.f.n potentior.n.g.in quadrato linee sibi cōmunicantis in longitudine: constat ergo propositum.

Proposito .55.

Si linee rationali equa superficies quadrato bimedialis primi adiūgat lat' ei' reliquū biōmiū scđm eē oportebit ¶ Sit linea.a.b.bimediale primū diuisa ad punctum.c. scđm suum terminū. Cetera aūt sint ut prius: dico lineā.f.g.esse binomium scđm erit eni superficies.m.g.rōnalis eo q ptes bimediales primi continent superficiem rōnalem ⁊ superficies tres.e.l.l.m.⁊ tota.e.n.mediales cōicātes eo q portiones bimediales primi sunt linee mediales potentia tm̄ cōicantes ex.31 per.16.igitur erit linea.n.g.rōnalis in longitudine cōmensurabilis linee.e.f. rōnali posite.⁊ per.20.linea.f.n.rōnalis in potentia tantū que cū sit maior linea.n.g. ex primo duoꝝ antecedentiū demonstrationi.35.adiunctoꝝ ⁊ prima.6.ea que potentior quadrato linee cōmunicantis secū in longitudine ex prima pte.13.erit a diffinitione linea.f.g.binomium scđm quod est propositum.

Propositio 56

Cum adiuncta fuerit linee in longitudine rōnali superficies rectangula equalis quadrato bimedialis scđi lat' ei' secundum binomium tertium esse necesse est:

¶ Si fuerit linea.a.b.bimediale scđm diuisa per terminum suum ad punctū.c.reliqua vero oia fuerint ut prius: erit linea.f.g.binomium tertium. Erit eni ex.32.⁊ nostris positionibus vtraq; superficieꝝ.e.n.⁊.m.g. medialis: quare per.20.vtraq; duaꝝ lineaꝝ.f.m.⁊.n.g.erit rōnalis in potentia tātū. at qr bimedialis scđi partes sunt cōicantes in potētia tm̄ erit supficies.e.l.cōicans supficiei.l.m.⁊ iō linea.f.l.linee.l.n.potentior: ergo ē p primā partē.13.f.n. q̄ʒ sit n.g.in quadrato linee sibi cōicantis in longitudine. Cūq; sint supficies.a.b. ⁊ quadratū.b.b.incōmensurabilia eo q linee.a.c.⁊.c.b.incōmēsurabiles: ideoq; ⁊ ambo quadrata pariter accepta ambobus supplementis piter acceptis. eo q quadrata sibi inuicē cōicant ex ypothesi supplemēta quoq; cū sibi inuicē sint eq̄lia: seq̄t vt supficies.e.n.sit icōmēsurabilis supficiei.m.g.⁊ iō linea.f.n.linee.n.g.p diffinitionē igit̄ ē linea.f.g.binomiū tertiū qđ ē ppositū.

Propositio .57.

Si linee rōnali rectāgulū equū q̄drato linee maioris adiūgat̄ alteꝝ se cōtinentium laterum erit binomium quartum ¶ Si hec quoq; fuerit linea.a.b.linea maior diuisa scđm terminū suum ad punctū.c. cunctaq; reliqua non fuerint aliter q̄ʒ prius: erit linea.f.g. binomiū quartū. Cū eni sint ambo quadrata portionū linee maioris piter accepta rōnale erit supficies.e.n.rōnalis: ideoq; per.16.linea.f.n.rōnalis in longitudine cōicans linee.e.f.rōnali posite: superficies vero.m.g.erit medialis ppter illud q portiones linee maioris cōtinēt supficiē medialē. itaq; per 20.linea.n.g.ē in potētia rōnalis tm̄: ⁊ qr etiā portiones prefate linee.a.b.sūt potentialiter incōmensurabiles superficies.e.l.incōmēsurabilis erit.l.m.ideoq; linea f.l.linee.l.n.igitur per primā partē.14.linea.f.n.est potentior linea.n.g. i q̄drato





linee sibi incõmensurabilis: ex diffinitione igitur ē linea. f. g. binomium quartum: quod erat propositum.

Propositio 58.

Si linee rõnali quadrato linee potentis supra rõnale erit mediale equalis: parte altera longior forma adiungatur alterum latus eius binomium quintum esse necesse est.

¶ Proposita linea. a. b. ea que põt supra mediale & rõnale diuisa sm eius diffinitionē ad punctũ. c. nihil imutet̃ de reliquis. sequit̃qʒ lineã f. g. esse binomium quintũ. Cũ enim ptes hui⁹ linee. a. b. contineãt rõnalē superficiē necesse est vt superficies. g. m. ideoqʒ p. 16. linea. n. g. sit rationalis. Cumqʒ ambo quadrata partium huius linee piter accepta sint mediale erit superficies. e. n. mcdialis & per. 20. linea. f. n. rõnalis in potentia tm̃. at q̃r portiones predicte linee sũt incõmensurabiles in potentia: erit superficies. e. l. incõmensurabilis superficiei. m. l. ideoqʒ & linea. f. l. linee. l. n. potentior igit̃ ē per primã ptē. 14. linea. f. n. linea. n. g in quadrato linee sibi incõmensurabilis: per diffinitionē itaqʒ binomij quinti conc
lude propositum.

Propositio .59.

Quotiens adiuncta fuerit linee rõnali supficies rectangula equalis quadrato linee potentis in duo medialia eiusdem superficiei latus scõm binomiũ sextum esse conuicit ur.

¶ In hac. 59. sit linea. a. b. linea potens supra duo medialia: que aũt preter hec sunt sicut supra maneant & erit tunc linea. f. g. binomium sextũ qd̃ ignorare nõ poteris si premissoꝝ eiusqʒ qd̃. 35. ꝑponit imemor nõ fueris: & sic pʒ in hac nostra intentio.

Propositio .60.

Omnis linea cuiuslibet binomiorum cõmunicans sub eadem specie binomium esse probatur.



¶ Sit linea. a. binomium cuius uis speciei: sitqʒ linea. b. sibi cõicans in longitudine: dico lineã. b. eē binomiũ eiusdē speciei cui⁹. a. sint eni binomiales portiones. a. c. & d. eruntqʒ ambe rõnales in potẽtia tm̃ cõicantes per. 30. linea vero. b. diuidat̃ per. 12. sexti sm ꝓportionē. c. ad. d. in. e. & f. eritqʒ per cõiunctam & euersam & permutatam proportionalitatem. c. ad. e. & d. ad. f. sicut. a. ad. b. cum sint igitur. a. & b. cõicãtes: erunt etiã per primã partē. 10. c. & e. itēqʒ. d. & f. cõicantes. si igitur fuerit. c. rõnalis in potentia tm̃ erit &. e. si autem in longitudine &. e. Eodēqʒ modo si. d. ē rõnalis in potentia tm̃ vel etiã in longitudine tm̃. erit quoqʒ &. f. silr & ex. 12. si potẽtior ē. c. d. quadrato linee sibi cõmēsurabilis in lõgitudine vel si forte incõmēsurabilis erit. &. e. potentior. f. in quadrato linee sibi cõmensurabilis vel etiã incommensurabilis: necesse est ex diffinitionib⁹ sex specieꝝ binomioꝝ vt eiusdē speciei binomij sint. a. & b. Si autē linea. b. cõmuñicet binomio. a. in potentia tm̃ erit etiã et sic linea. b. Binomium aũt eiusdē speciei non est necessariũ imo impossibile est vt ambe simul cadant sub prima specie binomiorum vel sub scõa quarta vel quinta. sʒ necesse est vt ambo cadant sub primis tribus aut ambo sub tribus postremis: vnũ eni coꝝ esse in aliqua ex tribus primis speciebus & aliud in aliqua ex tribus postremis est impossibile. cum enim. a cõicet cũ. b. in potentia tm̃. c. quoqʒ cũ. e. & d. cũ. f. cõicabit tm̃ in potentia ex. 10. Si igitur alterutra duarum linearum. c. & d. fuerit rõnalis in longitudine non erit sua cõpar ex lineis. e. & f. rationalis in longitudine. Non est itaqʒ possibile ut. a. et b. cadant simul sub aliqua ex illis speciebus binomiorum in quibus altera duarum

portionũ binomij est rõnalis in longitudine. hec aũt species sũt: prima ⁊ scđa quarta ⁊ quinta. At vero q2 per. 12. due linee. c. ⁊. e. simul potentiores sunt duabus lineis. d. ⁊. f. in quadratis duaꝝ lineaꝝ sibi in longitudine cõmunicantiũ aut incõicantium: necesse est vt ambo binomia. a. ⁊. b. simul cadant sub primis tribus speciebus binomioꝝ aut simul sub tribus postremis ex diffinitione ipsarum specieꝝ: Lineã aũt. b. quid dubitas esse binomiũ cũ sint. enĩ c. ⁊. e. cõicantes i potentia tm̃ silr quoq3. d. ⁊. f. sint aũt. c. ⁊. d. rõnales in potentia: cõuincitur. e. ⁊. f. esse rõnales in potentia tm̃: que q2 nõ cõicant in longitudine sicut nec eis ꝓportionales. c. ⁊. d. ipse cõponunt indubitanter binomiũ per. 30. huius.

Propositio .61.

Omnis linea alterutri bimedialiũ cõmensurabilis: sub eadem specie bimedialis esse ex necessitate conuincitur.

¶ Veritatẽ habet quod dicit siue in longitudine siue etiã in potentia tm̃ cõicet aliqua linea alterutri bimedialium. Sint enĩ due linee cõmunicantes. a. ⁊. b. quouis duoꝝ modoꝝ predictoꝝ. sitq3. a. bimediale primũ vel scđm: dico q etiã. b. est bimediale primũ vel scđm ꝓut fuerit. a. Diuiso enĩ. a. bimediali in suas bimediales portiones ex quibus cõponitur per. 31. ⁊. 32 q̃ sint. c. ⁊. d. b. quoq3 diuisa i. e. ⁊. f. fm ꝓportionẽ. c. ad. d. vt docet. 12. sexti posita q3. g. supficie contẽta sub. c. ⁊. d. ⁊. k. sub. e. ⁊. f. Et posito. b. quadrato. d. ⁊. l. f. erit per cõiunctã ⁊ euersam ⁊ permutatã ꝓportionalitatem quẽadmodũ in premissa. c ad. e. ⁊. d. ad. f. sicut. a. ad. b. sicut igitur ex positione. a. ⁊. b. sint cõicantes siue hoc sit in longitudine siue in potentia sic. c. ⁊. e. itemq3. d. ⁊. f. silr erunt cõmunicantes At quia. c. ⁊. d. sunt mediales potentia tãtũ cõicantes: sequitur ex. 21. ut. e. ⁊. f. sint etiã mediales ⁊ ex. 10. potentia tantũ cõicantes cũ ipse per ypothesiz sint ꝓportionales. c. ⁊. d. cũq3 sit per primam sexti. g. ad. h. sicut. c. ad. d. ⁊. k. ad. l. sicut. e. ad. f. erit. g. ad. h. sicut. k. ad. l. ⁊ permutatim. g. ad. k. sicut. h. ad. l. quia igitur. h. ẽ cõmunicans. l. eo q duo coꝝ latera que sunt. d. ⁊. f. cõicant in longitudine vel in potentia fm q. a. ⁊. b. in alterutro eoꝝ cõmunicant. sequit̃ ex. 10. ut. g. ⁊. k. quoq3 sibi inuicem cõicent erit igitur. k. rõnalis aut medialis prout fuerit. g. ex diffinitione superficiei rõnalis aut. 21. In hoc enĩ tm̃ differt bimediale primũ a bimediale secundo q portiones bimedialis primi in quas scđm suũ terminũ diuidit̃ continẽt supficiem rõnalem: bimedialis autẽ scđi medialẽ. Si igitur. a. fuerit bimediale primuz erit supficies. g. rõnalis quare ⁊. k. ⁊ iõ. b. bimediale primũ p. 31. Qđ si. a. fuerit bimediale scđm erit superficies. g. medialis ob hoc etiã. ⁊. k. b. itaq3 p. 32. erit bimediale scđm q̃re cõstat ꝓpositũ. Idẽ aliter ad lineã rõnalez. c. d. posita. a. alterutro bimedialiũ ⁊. b. sibi in longitudine vel potentia cõicante: adiungatur supficies. c. e equalis quadrato. a. ⁊. f. g. equalis quadrato. b. eruntq3 supficies. c. e. ⁊. f. g. cõmunicantes eo q quadrata eis equalia que sũt quadrata lineaꝝ. a. ⁊. b. sunt cõicantia ex ypothesi: ex prima igitur sexti ⁊. 10. hui⁹: necesse est duas lineas. d. e. ⁊. e. g. esse cõicantes: ⁊ quia si. a. fuerit bimediale primũ linea. d. e. erit binomium scđm p. 55. ideoq3. e. g. etiam binomium scđm per premissam quare latus tetragonicũ superficiei. f. g: ⁊ ipsum est b. bimediale primũ per. 49. at vero si. a. fuerit bimediale secũdũ linea. d. e. erit binomium tertium per. 56. ideo. e. g. ẽ binomium tertium p premissam quare ⁊ lat⁹ tetragonicũ supficiei. f. g. ipsũ ẽ. b. bimediale scđm per. 50. Manifestũ ẽ igit̃ veꝝ eẽ qđ ꝓponit̃.



Propositio .62.







OMnis linea cōicans linee maiori: est linea maior.
¶ Et hec quoq₃ veritatem habet. si vtrolibet modo cōicans fuerit aliqua linea linee maiori. Esto eni .a. linea maior. b. vero quouis sibi cōmunicans modo: erit .b. linea maior. Diuisa nanq₃ .a. i eas portiões ex quibus constat per .33. que sunt .c. ⁊ .d. ⁊ .b. fm earum ꝓportioné in .e. ⁊ .f. positoq₃ ꝙ .g. sit superficies cōtenta sub .c. ⁊ .d. ⁊ .k. sub .c. ⁊ .f. ⁊ .m. ⁊ .b. sint quadrata .c. ⁊ .d. at .n. ⁊ .l. e. ⁊ .f. erit .m. ad .b. sicut .n. ad .l. per scōam ptē .18. sexti ⁊ coniunctim .m. ⁊ .b. ad .b. sicut .n. ad .l. ad .l. ⁊ permutatim .m. ⁊ .b. ad .n. ⁊ .l. sicut .b. ad .l. q2 ergo .b. cōicat cū .l. eo ꝙ .d. cōicat cum .f. aut in longitudine aut in potentia ꝓut .a. cōicat cū .b. sequit̃ ut ambo quadrata .m. ⁊ .b. pariter accepta communicent cū ambobus quadratis .n. ⁊ .l. pariter acceptis. cū itaq₃ duo prima pariter accepta sint rationale per .33. erunt quoq₃ ⁊ duo postrema rōnale ꝑ diffinitionem. At quia superficiem .k. necesse est esse medialē sicut .g. ex .21. lineasq₃ .e. ⁊ .f. esse incōmensurabiles in potentia sicut .c. ⁊ .d. ex .10. concluditur ꝑ .33. lineā .b. esse lineā que dicitur maior qd̓ est propositū. ¶ Idē aliter. cum sit .a. linea maior cui .b. cōicat siue hoc fuerit in longitudine siue in potentia: sumpta linea rōnali que sit .c. d. adiungatur supficies ei .c. e. equalis quadrato linee .a. deinde .f. g. equalis quadrato linee .b. cū igit̃ q̃drata duaꝝ lineaꝝ .a. ⁊ .b. sint cōicātia ex ypothesi: erit supficies .c. e. cōicās superficiei .f. g. iōq₃ ꝑ primā sexti ⁊ .10. hu͞9 linea .d. e. linee .e. g. i lōgitudie. at q2 ex .57. linea .d. e. ē binomiū q̃rtū erit quoq₃ ꝑ .60. lin͞ea .e. g. binomiū q̃rtū: igit̃ ex .51. linea .b. potēs i supficiē .f g. ē linea maior. **Propositio 63.**

SI qua linea linee potenti in rationale ⁊ mediale ꝯmunicet ipsa in rationale ⁊ mediale potens esse comprobatur.
¶ Verū quoq₃ est ꝙ qualitercūq₃ linea aliqua sit cōicans potenti in rationale ⁊ mediale siue in longitudine siue in potentia tantum ipsa etiā est potens in rōnale ⁊ mediale: qd̓ sicut prius duplici modo probatur: necesse est autē quantū ad primū modū vt sicut due linee .c. ⁊ .d. sint i potentia incōmēsurabiles. ita sint etiā .e. ⁊ .f. ꝑ .10. Et quēadmodū .g. est superficies rōnalis: nā tale ꝯtinent portiones linee potentis in rōnale ⁊ mediale. ita etiā per diffinitionē sit .k. rōnalis ⁊ quēadmodū duo quadrata .m. ⁊ .b. pariter accepta sūt mediale: sicut etiā per .21. duo quadrata .n. ⁊ .l. ꝑiter accepta erunt mediale: igit̃ ex .34. b. ē potēs i rōnale ⁊ mediale. quātū aūt ad scōm modū necesse ē ex .58. ut linea d. e. sit binomiū quintū. iō q₃ ⁊ ꝑ .60. linea .e. g. ē binomiū quintū: quare ꝑ .52. lat͞9 tetragonicū supficiei .f. g. qd̓ est .b. erit linea potens in rōnale ⁊ mediale: quod ē ꝓpositum. **Propositio .64.**

OMnis linea cōmunicans potenti i duo medialia: ipsa quoq₃ potens est in duo medialia.
¶ Hec quoq₃ manentibus eisdem dispositione ⁊ positionibus eo duplici modo quo premisse: probabitur vera esse siue in longitudine siue in potentia cōmunicet linea .b. cū linea .a. potēti in duo medialia. Quantū eni ad primū argumētationis modū erit per .35. superficies .g. medialis. ideoq₃ ⁊ .k. per .21. cum cōicet ei: duo quoq₃ quadrata .m. ⁊ .b. pariter accepta erūt ex eadē .35. mediale: ideoq₃ duo .n. ⁊ .l. pariter accepta ꝑ .21. at q2 duo quadrata .m. ⁊ .b. pariter accepta ex ꝓdicta .35. sunt incōmensurabile duplo superficiei .g. eq̃r ꝑ .10. ⁊ nostras positiōes vt duo quoq₃ .l. ⁊ .n. ꝑiter accepta sint icōmēsurabile

duplo superficiei.k.cum itaq; sint.e.ꝛ.f.incōmensurabiles in potentia queadmodū c.ꝛ.d.erit ex.35.linea.b.potens in duo medialia.quantū aūt ad scōm solite argu mentationis modū erit p.59.d.e.binomiū sextū. ideoq; etiā p.60.linea .e. g. erit binomiū sextum quare per.53.latus tetragonicū supficiei.f.g.qđ est.b.erit potens in duo medialia quod est propositū.

Propositio .65.

Si due superficies quaꝝ altera rōnalis altera vero media lis cōiungantur:linea potens in totā superficiem inde cō/ positā aliqua erit quatuoꝛ irrationalium lineaꝝ videlicet aut binomium aut bimediale primum aut linea maioꝛ aut potēs in rationale ꝛ mediale:

¶ Ut si.a.sit rōnalis supficies ꝛ.b.medialis erit linea potens in totā.a. b.aliqua premissaꝝ quatuoꝛ.Sit eni linea.c.d.rōnalis cui adiungat̄. c.e. equalis .a.ꝛ.f.g. equalis.b.eritq; ex.16.linea.d.e.rōnalis in longitudine cōicans linee.c. d. rōnali posite ꝛ ex.20.linea.e.g.rōnalis in potentia tm̄ ꝛ ex.30.linea.d.g. binomiū cuius cum altera binomialiū portionū que est.d.e .sit rōnalis in longitudine cōicans li/ nee rōnali posite que est.c.d.ipsū erit ex diffinitione specieꝝ binomij aut binomi um primū aut scōm aut quartū aut quintū:tertiū aūt aut sextū nō erit ex diffiniti one.itaq; ex.48.49.51.ꝛ.52.linea potens in totā.c.g .que ē equalis duabus simul a.ꝛ.b.erit aut binomiū aut bimediale primū:aut linea maioꝛ aut potens in rōna/ le ꝛ mediale:qđ est propositū:bimediale vero secūdū aut potens in duo medialia non erit:qm̄ si esset bimediale secundum:esset ex.56.linea.d .g.binomiū tertium qđ si esset potens in duo medialia esset ex.59.linea.d.g.binomiū sextū. sed neutꝝ erat:vnde patet nostra intentio.

Propositio .66.

Cum coniuncte fuerint due superficies mediales incōmen surabiles linea potens in totam supficiē alterutra erit dua rū irrōnaliū linearum videlicet aut bimediale secundum aut potens in duo medialia.

¶ Ut si.a.ꝛ.b.sint due supficies mediales incōmensurabiles.si enim cēnt cōmensurabiles esset cōposita ex eis medialis ex.9.ꝛ.21.quare ꝛ linea potens in ea medialis ex. 19. dico ꝙ linea potens in cōpositā ex ambabus erit aut bimedi ale scōm aut potens in duo medialia. Sit quidē linea.c.d. rōnalis:supficies vero sibi adiuncta.c.e.equalis.a. ꝛ supficies.f.g.equalis.b.eritq; ex.20.linea.d.e. sit quoq; linea.e.g.rōnalis in potentia tm̄:cūq; supficies.c.e.ꝛ.f.g.sint incōmensura biles sicut.a.ꝛ.b.eis equales.ideoq; linee.d.e.ꝛ.e.g.ex prima sexti ꝛ.10.huius:erit ex.30.linea.d.g.binomiū cuius cū vtraq; binomialiū portionū que sunt.d. e.ꝛ.e. g.sit incōmensurabilis linee rōnali posite que ē.c.d.ipsū erit ex diffinitione bino/ miū tertiū aut sextū:linea ergo potēs i totā.c.g.eq̄lem ꝯposite ex.a.ꝛ.b.erit ex.50. ꝛ.53.aut bimediale secundum aut potens in duo medialia :quod est propositum.

Propositio .67.

Cum posita fuerit linea binomialis cetereq; irrationales sequentes eam:non erit eaꝝ aliqua sub termino alterius.

¶ Uult ꝙ si linea aliqua ut .a.fuerit aliqua ex sex p̄babitis lineis ir/ rationalibus que sunt binomiū ꝛ eius quinq; comites ipsa non erit aliqua aliaꝝ.Si enim quadrato eius equalis supficies adiūgatur ad lineā rōnalem.b.c.que sit.b.d.siquidem.a.fuerit binomium:erit ex.54.linea.c.d.







binomiũ pͥmũ: que si fuerit bimediale pͥmũ: erit.c.d.ex.55.binomiũ scõm: si aũt bimediale scõm: erit.c.d.ex.56.binomiũ tertiũ. Et si linea maior erit.c.d.ex.57.binomiũ quartũ. At si potens in rõnale ⁊ mediale. aut si potens in duo medialia: erit ex.58.c.d.binomiũ quintũ: aut ex.59. binomiũ sextũ: et q͛ impossibile est.c.d.esse simul sub diuersis speciebꝰ binomioꝝ a diffinitiõe ē ĩpossibile.a.esse simul sub diuersis speciebus sex ꝑhabitaꝝ lineaꝝ irrationaliũ: De linea aũt mediali cõstat ꝙ ipsa quoq̨ nõ sit aliqua sex sequentiũ videlicet neq̨ binomiũ neq̨ aliqua ex ipsius comitibus. cũ eni supficies equalis quadrato linee medialis adiungitur ad lineam rationalẽ: latus eius scõm est rõnale in potentia ex.20. cum aũt superficies equalis quadrato binomij aut alicuius suaꝝ comitũ: latus eius scõm est binomiũ aut ꝑmũ aut scõm ⁊ sic de ceteris per.54.⁊.5.eã sequẽtes quare ipsũ est irrationale et in longitudine ⁊ in potentia.per.30. Cum igitur sit impossibile eandẽ lineã esse rõnalem in potentia ⁊ irrationalem tã in longitudine q̃z in potentia: nimirũ impossibile lineam medialem esse bimedialem aut aliquã ex quinq̨ suis comitibus.

Propositio .68.

Si linea de linea abscindatur fuerintq̨ ambe potẽtialiter tantũ rationales cõicantes: reliqua linea erit irrationalis diceturq̨ residuum.

¶ Sit linea.b.c.abscisa ex.a.b.sintq̨ ambe rõnales tantũ potentia cõicantes quales docuit inuenire.17.⁊.18.⁊ hec sunt que cõponunt binomiũ. dico ꝙ.a.c.reliqua est irrõnalis ⁊ ipsa vocatur residuum. cõstat enim ex 7.scõi ꝙ quadrata duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.ꝑiter accepta que cõponunt superficiem rõnalem ex ypothesi ⁊ diffinitione rõnalis supficiei ⁊.9.huius tm̃ sunt quantũ duplum superficiei.a.b.⁊.b.c.cũ quadrato.a.c.cũq̨ ex.19.superficies.a.b .i.b. c.sit medialis. ideoq̨ ⁊ duplum eiꝰ mediale per.21.⁊ iõ. irrõnale per 19.sequit̃ vt ambo quadrata duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.ꝑiter accepta sint incõmensurabile duplo superficiei vnius eaꝝ in alterã: quare per.9.⁊ quadrato linee.a.c. ex diffinitione igit̃ quadratũ linee.a.c.ẽ irrõnale cũ ipsũ sit incõmensurabile rõnali videlicet duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.ꝑiter acceptis: itaq̨ etiã ex diffinitione linea.a.c.ẽ irrõnalis quod est propositũ. Exemplariter in figura esto supficies.e.g.equalis duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.ꝑiter acceptis: eritq̨ rõnalis. itemq̨ sit supficies.d.f.equalis duplo supficiei vnius in alterã: eritq̨ ex.19.medialis ⁊ erit ex 7.scõi supficies.f.g.equalis q̃drato linee.a.c.cũq̨ supficies.e.g.sit incõmensurabilis supficiei.d.f.eadẽ erit ex.9.incõmensurabilis.f.g.quare.f.g.irrõnalis ⁊ eius tetragonicũ latus.a.c.



Propositio .69.

Si fuerit linea de linea abscisa fueritq̨ ambe mediales potentialiter tantũ cõicantes superficiemq̨ rõnalẽ cõtinẽtes reliq̃ linea erit irrõnalis diceturq̨ residuum mediale ꝑmũ.

¶ Sit linea.b.c.abscisa ex linea.a.b. sintq̨ ambe quales ꝓponitur quas ex.24.⁊.25.reperies ⁊ hec sunt que cõiungũt bimediale pͥmũ. dico ꝙ reliqua linea.a.c.erit irrõnalis ⁊ ipsa dicit̃ residuũ mediale pͥmũ: Erũt eni ambo earum quadrata pariter accepta mediale: duplũ vero supficiei vnius in alteram rõnale. itaq̨ ambo quadrata ꝑiter accepta incõmensurabile sunt duplo superficiei vniꝰ ĩ alterã q͛ itaq̨ ãbo quadrata ꝑiter accepta cõponunt̃ ex duplo supficiei vniꝰ ĩ alterã ⁊ q̃drato linee.a.c.sequit̃ ꝑ.9.ut q̃dratũ linee.a .c. sit incõmẽsurabile

duplo superficiei vni⁹ in alterā quare tam ipsū quadratū q̄z latus ei⁹.a.c. ē irrōna le ꝑ diffinitionē ↄstat ergo ꝓpositū Qd̄ queadmodū i p̄missa si libet potes decla/ rare exēplariter i figura ℂ Aliter idē sic: sit linea.d.e.rōnalis i lōgitudine: cui adiū gatur sup̄ficies.d.f.equalis duplo sup̄ficiei vnius in alterā ⁊ sup̄ficies.g .e.equalis ambobus quadratis pariter acceptis.eritq̄z p.7.scd̄i sup̄ficies.f.g.equalis quadra to linee.a.c.cū itaq̄z.p.ypothesi sit sup̄ficies.e.g.medialis erit p.20.linea.d.g.ra tionalis in potentia tm̄. Cū vero sit sup̄ficies. c.b.rōnalis ꝑ ypothesim erit ex.16. linea.d.b.rōnalis in longitudine: itaq̄z per.68.linea.g.b.est residuū ⁊ irrationalis ideoq̄z p.16.a destructione ↄ̄ñtis superficies.f.g.est irrōnalis ⁊ eius latus tetra/ gonicum quod est.a.c.est irrationale. Et sic patet propositum.

Propositio .70.

Si linea de linea secetur fuerintq̄z ambe mediales poten/ tialiter tantū cōmunicātes cōtinentesq̄z mediale: reliqua linea erit irrōnalis diceturq̄z residuū mediale secundum. ℂ Sit hic quoq̄z linea.b.c.abscisa ex linea.a.b.vtraq̄z autē.a.b. ⁊.b. c.sint vt proponitur ⁊ ipse p.26. reperiunt̄ ⁊ sunt que cōponunt bi/ mediale scd̄m: dico q̄ linea reliqua que est.a.c.ē irrōnalis ⁊ ipsa dicit̄ residuū me/ diale scd̄m. Sunt eni ex ypothesi ⁊.21.ambo quadrata duarū linearū.a.b.⁊.b.c.pa riter accepta mediale.sil'r quoq̄z duplū superficiei vnius in alterā ē mediale. Cum itaq̄z ex.22.mediale nō differat a mediali nisi i irrōnali: erit quadratum linee.a.c in quo p.7.scd̄i duo quadrata.a.b.⁊.b.c.pariter accepta excedunt duplū sup̄ficiei vnius in alterā irrōnale quare ⁊ linea.a.c.irrōnalis. Figurali quoq̄z exemplo pa/ tefieri pōt istud ut pri⁹. Si eni sit.c.g.eq̄lis ambob⁹ quadratis.a.b.⁊.b.c.sil'r ⁊.d.f duplo sup̄ficiei vnius in alterā erit.f.g.p.7.scd̄i equalis quadrato. a.c. que cum sit differentia sup̄ficiei vnius medialis.c.g.ad sup̄ficiē medialē.d.f.ipsa est irrationa lis per.22.⁊ ei⁹ tetragoicū lat⁹.a.c.irrōnale. ℂ Idē aliter Sit linea.d.e.rōalis cui adiungat̄ sup̄ficies.d.f.equalis duplo sup̄ficiei vnius in alterā ⁊. e.g. equalis am/ bobus quadratis p̄iter acceptis.eritq̄z p.7.scd̄i.f.g.equalis quadrato.a .c. q̄r vero e.g.est medialis erit ex.20.linea.d.g.in potentia tm̄ rōnalis. Sil'r quoq̄z.cū.e.b. sit medialis erit ex eadē linea.d.b.rōnalis: sil'r in potentia tm̄. Et qm̄. a.b:⁊.b.c. sunt incōmensurabiles in longitudine ideoq̄z quadratū vtriusq̄z earū sup̄ficiei vni⁹ in alterā: ⁊ propter hoc ambo quadrata pariter accepta cum ipsa ex ypothesi com municent.sūt quoq̄z incōmensurabiles duplo sup̄ficiei vnius in alterā: sequit̄ vt.e g.sit incōmensurabilis.b.e.qua ꝓpter linea.d.g.linee.d.b.igit̄ ex.68.linea.g.b.ē residuū ⁊ irrōnalis.ideoq̄z per.16.a destructione ↄ̄ñtis sup̄ficies.f.g.irrationalis. ⁊ eius latus tetragonicū.a.c.irrōnale.



Propositio .71.

Si linea de linea detrahat̄ fueritq̄z ambe potentialiter in/ cōmensurabiles cōtinentesq̄z mediale quadrataq̄z earum ābo p̄iter accepta rōnale: reliqua linea erit irrōnalis voca biturq̄z minor. ℂ Si sint.a.b.⁊.b.c. q̄les ꝓponit̄ que p.27.repi/ untur ⁊ ↄponūt lineā maiorē erit linea.a.c.irrōnalis ⁊ ipsa est q̄ di/ cit̄ linea minor: qd̄ qui p̄missa firmiter tenuerit positiōnesq̄z diligenter attenderit duplici modo vt antecedentes facile probabit.

Propositio 72



Si linea de linea demaꝫ fuerintqꝫ ambe potentialiter icō/
mensurabiles supficiemqꝫ rōnalē cōtinentes quadrataqꝫ
earum ambo pariter accepta mediale: linea reliqua erit ir
ratiōalis diceturqꝫ iūcta cū rōnali cōponēs totū mediale
¶ Et hoc quoqꝫ nescire nō pōt qui priora nouerit nisi a memoria ex/
ciderint: qm̄ positis lineis.a.b.⁊.b.c.de qualibet ꝓponiꝫ que ⁊ p.28.reperiunꝫ li/
neā potētē in rōnale ⁊ mediale cōponunt: sit.a.c.reliqua irrōnalis ipsa dicitur que
iuncta cū rōnali cōponit totū mediale. Propositio. 73.

Si linea a linea detrahaꝫ fuerintqꝫ ambe potentialiter in/
cōmensurabiles supficiēqꝫ medialē continentes quadrata
qꝫ eaꝝ ambo piter accepta mediale duplo superficiei alte
rius in alteram incōmensurabile: reliqua linea erit irra/
tionalis diceturqꝫ iuncta cū mediali faciēs totū mediale:
¶ Sint etiā hic.a.b.⁊.b.c.quales ꝓponitur que p.29.repiunꝫ ⁊ ipsi sunt que com
ponunt lineā potentē in duo medialia eritqꝫ.a.c.reliqua irrōnalis dicta que iun/
cta cū mediali ꝯponit totū mediale qd̄ vt facile p ꝑmissa duplici argumentatione
concludas ꝓcessū.70.moneo diligenter attendas: ē aūt p̄mittēdū hic aīs neces/
sarium ad demōstrationes sequētiū qd̄ ē ꝓpositū.



¶ Si fuerint quatuor quantitates differētia prime quaꝝ ad scd̄am sit
sicut tertie ad quartam: erit permutatim differentia prime ad tertiam
sicut secunde ad quartā. ¶ Intelligendū est hoc de quantitatibus eodē modo
relatis vt cū prima maior fuerit secunda sic quoqꝫ tertia maior quarta cū vero mi/
nor ⁊ minor. Exēpli grā sit dr̄ia.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico ꝙ erit.a.ad.c.sic.b.ad
d.ē eni p hāc cōem aī ꝯceptionē dr̄ia extremoꝝ cōposita ex differentijs ipsoꝝ ad
media dr̄ia.a.ad.c.ꝯposita ē ex ea que ē.a.ad.b.⁊ ea que est.b.ad.c. at ea que est
b.ad.d.p eandē ꝯceptionē ꝯponiꝫ ex ea que ē.b.ad.c.⁊ ea que ē.c.ad.d.⁊ quia ex
ypothesi ē dr̄ia.a.ad.b.sicut.c.ad.d.ea vero que est.b.ad.c.est cōis sequiꝫ p cōem
sciam vt sit.a.ad.c.sicut.b.ad.d.qd̄ ē ꝓpositū. Propositio .74.

Nulla linea nisi vna tantū residuo coniungi potest vt sint
ambe sub termino earum que erunt ante separationem
¶ Sit linea.a.c.residuū que fuerit reliqua abscisa.b.c.ex.a.b.erunt
qꝫ.a.b.⁊.b.c.rōnales tm̄ potentia cōicantes ex.68.dico ꝙ ipsa.a.c.
nulli alij linee q̄ꝫ.b.c.poterit ꝯponi sub hac diffinitione neqꝫ maiori
b.c.neqꝫ minori.b.c. Si aūt pōt componaꝫ cuꝫ.c.d. indr̄nꝫ maiori aut minori q̄ꝫ
c.d.eruntqꝫ ob hoc ambe linee.a.d.⁊.d.c.rōnalis in potentia tm̄ cōicātes: q: ergo
ex.7.scd̄i q̄drata ambaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.piter accepta excedūt duplū superficiei
vni⁹ eaꝝ i alterā i q̄drato.a.c.silr quoqꝫ q̄drata duaꝝ lineaꝝ.a.d.⁊.d.c.piter acce
pta excedūt duplū supficiei vni⁹ ipaꝝ i alterā i q̄drato eiusdē.a.c.sequiꝫ ex p̄misso
ātecedēte vt dr̄ia duoꝝ q̄dratoꝝ duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.piter accepta ad duo qua
drata duaꝝ lineaꝝ a.d.⁊.d.c.piter accepta sit sicut dr̄ia dupli superficiei.a.b.i.b.
c.ad duplū supficiei.a.d.in.d.c.cum aūt sint duo quadrata vtriusqꝫ sectionis pa/
riter accepta rōnale ex ypothesi: duplū vero supficiei vnius in alterā portionū vtri/
usqꝫ sectionis mediale per ypothe.⁊.19.erit vna ⁊ eadē dr̄ia duaꝝ superficieꝝ rōna
liū ⁊ duaꝝ medialiū: hoc aūt ē impossibile: rōales eni superficies nō differant nisi
in rōnali superficie: vt pꝫ per diffinitionē rōnalis superficiei ⁊ per.9.medialis aūt

nō differt a mediali nisi ī rōnali superficie per.22. Hoc aūt fit manifestius in figu/
ra sic. Sit eni supficies.e.f.adiuncta ad lineā.e.g.equalis ambobꝰ quadratis duaꝝ
lineaꝝ.a.b.⁊.b.c.pariter acceptis. At.g.h.sit equalis duplo superficiei vniꝰ in al/
terā eritq̃z.f.h.equalis quadrato linee.a.c.ex.7.scdi:silr quoq̃z sit.k.l.adiuncta ad
lineā.k.m.equalis duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.a.d.⁊.d.c.piter acceptis ⁊.m.
n.sit equalis duplo supficiei vnius in alterā:eritq̃z ex.7.scdi.n.l. equalis quadrato
linee.a.c.ideoq̃z etiam equalis.h.f.est itaq̃z differentia.e.f.ad.g.h.sicut.k.l.ad
m.n.quare p añs premissū erit pmutatim differētia.e.f.ad.k.l.⁊ ipsa sit.p sicut.g
h.ad.m.n.⁊ qꝛ vtraq̃z duaꝝ lineaꝝ.e.f.⁊.k.l.est rōnalis vtraq̃z vero duaꝝ lineaꝝ
g.h.⁊.m.n.medialis:sequit impossibile videlicet superficiem.p. esse rationalem ⁊
irrationalem.

Propositio .75.

Nulla linea nisi vna tm̄ residuo mediali primo cōiungi pōt vt sint ambo sub termino eaꝝ que erāt ante separationem ¶ Hec quoq̃z pbabit simili mō. Sint eni i vtraq̃z sectione ambo quadrata pariter accepta mediale: duplū vero supficiei vnius in alteram rōnale ⁊ qꝛ vt prius eadē ē differentia quadratoꝝ vnius sectionis ad quadrata alterius que ē dupli superficiei vnius ad duplū supficiei alterius erit vna ⁊ eadem superficies differentia duarum medialiū ⁊ duarum rationalium quod est impossibile.

Propositio .76.

Nulla linea residuo mediali secūdo coniūgibilis est ut sub termino eaꝝ fiant nisi tm̄ que ab ea ante separata erat. ¶ Sit eni.a.c.residuū mediale scdm que fuit residua abscisa.b.c.ex.a b.eruntq̃z ex.70.due linee.a.b.⁊.b.c.mediales potentia tm̄ cōicātes mediale cōtinentes dico ꝙ ipsa:a.c.nulli linee alij q̃z.c.b.sub hac diffinitione coniungi pōt. Sin autem coniungatur linee.c.d.sitq̃z linea.e.f. rationalis in longitudine ad quā cōiungatur supficies.e.h.equalis quadratis duaꝝ linearum.a.b.⁊.b.c.pariter acceptis ⁊.e.k.eq̄lis quadratis lineaꝝ.a.d.⁊.d.c. pariter acceptis a qua abscindatur.e.g.equalis quadrato linee.a.c.eritq̃z per.7.scdi superficies.l.h.equalis duplo superficiei.a.b.i.b.c.⁊.l.k.per eandē sit equalis duplo superficiei.a.d.in.d.c.qꝛ ergo quadrata ambaꝝ partiū prime sectionis sunt mediale ⁊ duplum etiā superficiei mediale incōmensurabile duobus quadratis piter acceptis: que nescire diligens geometra nō poterit qui positiones diligenter seruauerit erit superficies.e.h.medialis cū ipsa sit equalis duobus quadratis piter acceptis ⁊ superficies.l.h.medialis cū ipsa sit equalis duplo supficiei vnius i alterā: per.20. igitur ē vtraq̃z duaꝝ lineaꝝ.f.h.⁊.g.h.rōnalis in potentia tm̄. ⁊ qꝛ vna est incommensurabilis alij:eo ꝙ supficies.e.h.est incōmensurabilis supficiei.h.l. sicut duo quadrata duplo superficiei:erit ex.68.linea.f.g.residuū quare linea.f.g.que est residuum componitur linee.g.h.vt sint ambe sub termino earum que erant ante separationem. Silr quoq̃z probabis eandem.f.g.cuz linea.g.k.componi eadē conditione mediantibus superficiebus.e.k.⁊.k.l.quarum prima est equalis quadratis duarum linearuz.a.d.⁊.d.c.pariter acceptis: ⁊ secunda duplo superficiei vnius in alteram:quod est impossibile per.74.⁊ hic modus demonstrationis potest esse communis.75.ceterisq̃z quatuor sequentibus eam.



Propositio .78.

Nulla linea minori cōiungibilis est vt sub termino suo fiāt nisi tātū que ante sibi abscisionē coniungebatur.

¶ Intellige quid sit linea minor: qđ si oblitus es cōsule .21.⁊ sine obiectione ꝯcludes ꝓpositū. Si quēadmodū i.74. ꝓcesseris: poterisqȝ si libuerit quēadmodū i.76. ꝓcedere.

Propositio .78.

Linea que coniuncta cum rationali facit totum mediale nisi vni tantū componi nō potest vt sub eaꝝ termino fiant.

¶ Quid sit linea que proponitur ex.72. didicisti. cum ergo de ea volueris quod per hanc.78. dicitur demonstrare a ꝓcessu.75. in quoqȝ nō deuias. sed sicut i.76. si te delectauerit igeio duce poteris ꝓcedere

Propositio .79.

Linee que iuncta cū mediali facit totum mediale nisi vna linea tantum iungi nequit vt sub earum termino fiant que erant ante separationem. ¶ Huius linee que iuncta cuȝ mediali cōponit totū mediale mgr̄a ē.73. de q̄ qđ hec.79. enūciat sic ꝯcludere cogeris sicut de residuo mediali scđo qđ p.76. enunciatū est ꝯclusisti.

¶ Positis duabus lineis altera rationali altera vero residuo: adiecta qȝ ipsi residuo linea aliqua ſm eius terminum si fuerit totum inde cōpositum potentius linea adiecta in quadrato linee ipsi toti cōicantis in longitudine: fueritqȝ idē totū posite rōnali linee in longitudine cōmensurabile qđ positū erat dicetur residuū primū. Si vero linea adiecta posite rationali cōicet in longitudine dicet̄ residuū scđm. Qđ si fuerit vtraqȝ rōnali posite in longitudine incōmensurabilis vocabit̄ residuū tertiū. Si fuerit tota linea potentior adiecta augmēto quadrati linee ipsi toti incōmensurabilis eadēqȝ tota posite rōnali cōicet in longitudine nuncupabitur residuū quartū: Si vero linea adiecta posite rōnali cōicet in longitudine vocabit̄ residuū quintū. Qđ si fuerit vtraqȝ posite rōnali i longitudine icōmensurabilis appellabit̄ residuum sextum.

Propositio .80.

Residuū primū inuestigare. ¶ Ab inuentione omniuȝ specierū residui facile nos absoluat inuentio p ordinē omniū specieꝝ binomij Nam i qualibet specie biomioꝝ si minor portio abscindat̄ de maiori linea reliqua erit residuū silis spēi vt pȝ ex diffinitionib⁹ tam binomiorū q̄ȝ residuoꝝ: ꝓprijs tn̄ inuentionibus residuoꝝ isistentes sic inquiram⁹ primū. Sit linea .a. rōnalis posita cui cōmēsurabilis i lōgitudie. sumat̄ .b.c. sitqȝ .e. numer⁹ quadratus diuisus in .f. non quadratum. ⁊ in quadratum .g. sitqȝ ꝓportio q̄drati linee .b.c. ad q̄dratū linee .c.d. sicut .e. ad .f. eritqȝ p vltimā partē .c.d. rōnalis i potētia tm̄. cū itaqȝ sit .c.b. potētior .c.d. i q̄drato linee sibi cōicātis i lōgitudine qđ pȝ sicut i explanatiōe binomij p̄mi ꝯstat ex diffitiōe lineā .b.d. eē residuū primū.



Propositio .81.

Residuū scđm patefacere. ¶ Ad hr̄ndū residuū scđm sit .a. liēa rōnalis posita: eiqȝ cōicās in lōgitudie .c.d. ⁊ sit q̄dratū .c.d ad q̄dratū b.c. sicut .f. ad .e. eritqȝ .b.d. residuū scđm ex diōne: si dubitas aut positas nō seruas ypotheses aut binomij secūdi repetitione indiges.

Propositio .82.

Residuum tertium perscrutari.

¶ Residuum tertium sic habetur: posita vt prius .a. rõnali numeroqꝫ .e. quadrato diuiso in .f. non quadratum .⁊ .g. quadratum: assumptoqꝫ .b. numero primo ac quadratum linee .a. ad quadratũ linee .b.c. sicut .b. ad .e. sit quadratũ linee .b.c. ad quadratũ linee .c.d. sicut .e. ad .f. eritqꝫ ex diffinitione: de quo si hesitas cõsule binomiũ tertiũ: linea .d.b. residuũ tertium.

Propositio .83.

Residuum quartum inuenire.

¶ Hic sicut in inuentione residui primi sit linea .b.c. communicans linee .a. rationali posite: numerus autem .e. quadratus sit diuisus ĩ .f. ⁊ .g. quorum sit vterqꝫ non quadratus: sitqꝫ quadratum linee .b.c. ad quadratum linee .d.c. sicut .e. ad .f. ⁊ scies ex diffinitione lineam .d.b esse residuum quartum. si eorum que in inuentione binomij quarti didiceras oblitus non fueris.

Propositio .84.

Residuum quintum demonstrare.

¶ Cum residuum quintum inuenire libuerit erit linea .c.d. cõmunicans linee .a. rationali posite in longitudine sicut erat in inquisitione secundi: ⁊ erit quadratus numerus .e. diuisus in .f. ⁊ .e. quorũ neuter quadratus sicut in premissa: ⁊ erit quadratum linee .c.d. ad quadratum .b.c. sicut .f. ad .e. ex quibus a diffinitione cõcludere licet: habita sufficienti noticia binomij quinti: lineam .d.b. esse residuum quintum.

Propositio .85.

Residuũ sextum demum presto sit reperire.

¶ Residuum sextum sic reperitur. erit ut prius linea .a. rõnalis posita ⁊ .e. numerꝰ quadratꝰ diuisꝰ in .f. ⁊ .g. non quadratos ⁊ erit .b. numerus primus ⁊ quadratum linee .a. ad quadratũ linee .c.b. sicut .b. ad .e. At vero quadratũ .b.c. ad quadratũ .c.d. ut .e. ad .f. eritqꝫ ex diffinitione linea .d.b. residuum sextum. cui si nõ plane animus tuus assenserit exerceri te conuenit in inuentione binomij sexti.



Propositio .86.

Si fuerit supficies linea rõnali atqꝫ residuo primo cõtenta latus eius tetragonicũ necesse est esse residuum.

¶ Sit supficies .a.c. cõtẽta linea rõnali .a.b. ⁊ residuo primo .b.c. dico latus tetragonicũ supficiei .a.c. eẽ residuũ: adiungat̃ eni ad lineã .b.c. linea .c.d. sitqꝫ illa cuius detractione .b.c. fuit residuũ primum. Eritqꝫ ex dione .b.d. rõnalis ex longitudine ⁊ .c.d. in potentia tm̃. b.d. quoqꝫ erit potẽtior .d.c. ĩ q̃drato linee secũ cõicantis ĩ lõgitudine. diuidat̃ igit̃ .d.c. p eq̃lia ĩ .e ⁊ tota .b.d. diuidat̃ ea ꝯditione in .f. ꝙ inter .b.f. ⁊ .f.d. sit .e.d. medio loco ꝓportionalis: eritqꝫ ex scda pte .13. b.f. cõicans in lõgitudine .f.d. p .9. igit̃ vtraqꝫ eaꝝ cõicat cũ tota linea .b.d. q̃re p diffinitionẽ ambe sunt rõnales in longitudine: ducant̃ itaqꝫ linee .f.g.e.h. ⁊ .c.k. equidistantes .a.b. eritqꝫ p .15. vtraqꝫ duaꝝ supficieꝝ .a.f. ⁊ .g.d. rõnalis: sit quadratũ ergo .l.m. eq̃le supficiei .a.f. eritqꝫ rõnale ⁊ latꝰ eius rõnale ĩ potẽtia. intra illud q̃dratũ ꝓtracta dianogali linea .l.m. describat̃ q̃dratum .l.n. equale superficiei .g.d. eritqꝫ ipsum rõnale ⁊ eiꝰ latus rõnale in potentia





protrabantur aũt due linee.m.p.q.n.vel equidistãter lateribus totalis quadrati. dico ergo quadratum.p.r.esse equale superficiei.a.c.⁊ eius latus quod ē.n.p.ē residuũ. Cum eni linea.d.e.sit ex ypothesi medio loco ꝓportionalis inter.b.f.⁊.f.d. erit ex prima sexti superficies.d.b.medio loco proportionalis inter duas supficies a.f.⁊.g.d.ideoqꝫ ⁊ inter duo quadrata.l.m.⁊.n.l.cũqꝫ ex prima sexti sit supficies l.p.medio loco ꝓportionalis inter eadem duo quadrata erit. l.p. equalis. d.b.et etiã.b.c.⁊ qꝛ quadratũ.l.n.est equale.g.d.erit.t.r.equale.g.e. totus itaqꝫ gnomo circũscriptus quadrato.m.n.est equalis.c.g.⁊ qꝛ.l.m.erat equale. a.f. relinquitur m.n.equale.a.c.ꝙ aũt.n.p.lat⁹ quadrati.m.n.sit residuũ sic collige.Est eni vtraqꝫ duaꝝ.p.t.⁊.t.n.rõnalis in potentia eo ꝙ vtrũqꝫ quadratũ.l.m.⁊.n.l.ē rõnale vnaqꝫ eaꝝ est incõmensurabilis alij per primã sexti ⁊. 10.huius:eo ꝙ quadratum l.m.est incõmensurabile.l.r.superficiei sicut supficies.a.f.supficiei.b.d.de quibus manifestũ est ꝙ ipse sunt incõmensurabiles:est eni per primã sexti vna eaꝝ ad alterã sicut linea.b.f.que ē rõnalis in longitudine ad lineã.d.e.que est rõnalis i potentia tantũ ex.68.igiť linea.p.n.que põt in supficiem.a.c.est residuum: ⁊ hoc est quod intendimus.

Propositio .87.

Si superficies aliqua linea rationali residuoqꝫ secundo cõtineatur: linea in eandē potēs erit residuũ mediale primũ.

¶ In hac quoqꝫ argue sicut in premissa ex diffinitione residui secundi ⁊ scđa pte. 13.⁊ nona ⁊ decimanona ⁊.15.⁊.69.

Propositio .88.

Si linea rõnali residuoqꝫ tertio superficies contineať erit linea sup eam potens residuum mediale secundum.

¶ Priori demonstrationi insiste ⁊ facile cõcludes propositum ex diffinitione residui tertij ⁊ secunda pte. 13.⁊.9.⁊. 19.⁊.70.

Propositio .98.

Si fuerit supficies linea rõnali residuoqꝫ quarto contenta linea super eam potens erit linea minor.

¶ In hac quoqꝫ nõ aliter ꝓcedas qꝫ prius. facile eni erit ibi ꝓpositũ ꝯcludere.si premissam nõ despicis ex dione residui q̃rti ⁊ scđa pte.14 ⁊.9.⁊.19.⁊.15.⁊.71.⁊ sic patebit ꝓpositum.

Propositio .90.

Si fuerit linea rõnali residuoqꝫ quinto supficies contenta latus eius tetragonicum erit cũ rõnali cõponēs mediale:

¶ Nitere premissa argumentatione ex diffinitione residui quinti ⁊ secunda parte.14.⁊.9.⁊.19.⁊.15.⁊.72.quod propositũ est concludere.

Propositio .91.

Si linea rõnali residuoqꝫ sexto superficies contineatur latus tetragonicum qđ super eam potest cum mediali constituens totum mediale esse comprobatur.

¶ Nunc quoqꝫ vltimo quod per hanc dicitur premisso modo satage cõcludere ex diffinitione residui sexti ⁊ scđa parte.14.⁊.9.⁊.19.⁊.73.

ĩn his autem oibus processum tuum nihil offendere poterit si primã earum ⁊ pfe/cte vidiceris ⁊ memoriter tenueris :⁊ quid quoqʒ supponatᷣ solerter attenderis. Qđ si forsan de aliquo in quadrato.l.m.te dubitare contigerit ad suum equale in superficie.a.d.tibi recurrendum erit:et patebunt tuo ingenio.

Propositio :92:

SI ad lineam rationalem superficies equalis quadrato re/sidui applicetᷣ:alterũ latꝰ residuũ primũ esse necesse est.

duas lineas super punctum vnum ad eandem superficiem esse perpendiculares ita etiam demonstrabimus impossibile esse duas lineas ab vno codemqꝫ pun/cto extra superficiem signato ad eandē superficiem protractas ad ipsā esse perpen diculares. Si enim hoc fuerit ipse erunt equidistantes ex.6.huius qd est impossibi le ex diffinitione lineaꝝ equidistantium. Constat igitur ex hac ꝙ si aliqua superfi/cies plana aliā planā superficiem orthogonaliter secet ⁊ ab aliquo puncto secantis superficiei ad superficiem sectam perpendicularis ducatur: in cōmuni eaꝝ sectione eam cadere necesse est. Alioquin ab eodem puncto secantis superficiei ad cōmunē earum sectionem perpendicularis protrahatur ut docet.12.primi ⁊ a puncto i quo incidit cū cōmuni sectione alia perpendicularis ad eandē cōmunē sectionē in super ficie secta educatur ut docet.11.primi: eritqꝫ ex diffinitione superficiei super aliam superficiem orthogonaliter erecte angulus quē cōtinent hee due linee perpendicu/lares rectus: quare per quartā huius prima haꝝ duarum perpendicularium etiam est perpendicularis etiā ad superficiē sectā. ergo ab vno puncto protracte sunt due linee perpendiculares ad eandē superficiem quod est impossibile: relinquitur itaqꝫ propositum nostrum.

Propositio .14.

Si linea vna super duas superficies assignatas orthogo/naliter insistat: ille due superficies si etiā in infinitū i quā/cunqꝫ partem protrahantur nunquā concurrēt.

¶ Posita eni linea vna duabus superficiebꝰ orthogonaliter insistere si possibile ē supficies illas cōcurrere in eaꝝ cōi sectione que per.3.hu ius erit linea recta: punctusqꝫ quocunqꝫ modo signetᷣ a quo due linee in illis dua/bus supficiebꝰ ad lineā illā que ipsis ꝑpendiculariter supstat ꝓtrahatᷣ: eritqꝫ con/stitutus triangulus ex his duabꝰ lineis ⁊ perpēdiculari huiꝰ itaqꝫ trianguli vterqꝫ duorū angulorū qui superpendicularē cōsistūt ē rectꝰ vt pꝫ ex dione linee supra sup ficiē ꝑpendiculariter stantis hoc aūt ē īpossibile per.32.primi.

¶ Econuerso quoqꝫ videlicet si super duas superficies equidistātes linea recta ceciderit que ad alteram earum perpendicularis sit ipsa quoqꝫ perpendicularis erit ad reliquum. ¶ Positis enim duabus super ficiebus equidistantibus intelligatur linea recta ambas penetrans que alteri earū ꝑpendiculariter superstat: dico ꝙ eadem linea relique superficiei ꝑpendiculariter superstat. Sit enim superficies vna secans positas superficies equidistantes super lineam eas penetrātē eritqꝫ cōis sectio huius supficiei secātis ⁊ alteriꝰ sectarū vide licet illiꝰ cui linea penetrās ponitᷣ ꝑpendiculariter insistere cōtinēs angulū rectum cū ipsa linea penetrāte ex dione linee ꝑpēdicłaris ad supficiē: si igitᷣ alia cōis sectio ipsiꝰ supsiciei secātis ⁊ reliq̄ duarū sectarū cū eadē linea penetrāte nō ꝯtineat an/gulū rectū erit ex vltima petitione ꝑmi vt ille due cōes sectiōes i alterutrā ꝑtē pro/tracte necessario ꝯcurrāt quare ⁊ supficies que posite sūt equidistantes necessario ꝯcurrēt. ⁊ qꝛ hoc ē īpossibile erit ille angulꝰ rectꝰ eodēqꝫ modo erit de qualibꝫ alia su ꝑficie easdē supficies eq̄distātes secāte sup eandē lineā: igitᷣ ex q̄rta hꝰ ⁊ ex ista.14. constat verū eē qd diximꝰ.

Propositio .15

Si fuerint due linee se continentes angulariter equidistan tes alijs duabus se contingentibus non autem in superfi/cie vna ab eisdem lineis contente due superficies in nulla parte quantūcunqꝫ producantur possunt concurrere.



¶ Sint due linee.a.b.⁊.a.c.se angulariter contingentes in puncto.a. equidistan/
tes duabus lineis.d.e.⁊.d.f.se angulariter contingentibus in puncto.d. ⁊ nõ sint
in superficie vna: dico eaꝝ superficies ĩ quãcũqꝫ ptẽ ⁊ quãtũcũqꝫ protrahant̃ nun
q̃ꝫ concurrere: protrahatur ⁊ enĩ a puncto.d. ꝓut docet.5.huius perpendicularis
ad superficiẽ duaꝝ lineaꝝ.a.b.⁊.a.c.sitqꝫ.d.g.⁊ a puncto.g.ducatur.g.h.equidi/
stãs.a.b.⁊.g.k.equidistans.a.c.eritqꝫ ex diffinitione vterqꝫ duoꝝ angulorum.d.
g.h.d.g.k.rectus ⁊ per.9.erit linea.d.f.equidistans linee.g.k.⁊ linee.d.e.equidi/
stans linee.g.h.quare ꝑ vltimã ꝑtem.29.primi vterqꝫ duoꝝ angulorum.e .d.g.f.
d.g.erit rectus: ideoqꝫ per quartã huius linea.d.g.erit ꝑpendicularis ad sup̃ficiem
duaꝝ lineaꝝ.d.e.⁊.d.f.cunqꝫ ipsa eadem sit etiã ex ypothesi perpendicularis ad
superficiẽ duarum linearum.a.b.⁊.a.c.igitur ex premissa liquet quod ẽ ꝓpositum

Propositio .16.

Si duas superficies equidistantes vna superficies secet cõ
munes eaꝝ sectiones equidistantes erunt.

¶ Constat equidem ex tertia ꝙ vna superficie quascũqꝫ duas super/
ficies equidistantes secante cõmunes earum sectiones erunt due li/
nee recte: que cũ sint ambe site in superficie secante. si ipse nõ fuerit
equidistantes ponantur ad quotlibet vnum punctium concurrere: erit itaqꝫ vt vnꝰ
atqꝫ idẽ punctus sit in vtraqꝫ illaꝝ duaꝝ sectionũ cõmunium cunqꝫ vna illaꝝ com
muniũ sectionũ sit in vna duaꝝ sup̃ficieꝝ sectaꝝ ⁊ reliqua in altera. sequit̃ sup̃ficies
illas que posite sunt esse equidistantes concurrere: hoc autem impossibile est. Erũt
igitur cões earum sectiones equidistantes quod est propositũ. ¶ Ex hac ⁊ premis/
sa potes elicere conclusionẽ vnã similem.30.primi videlicet istam. Si fuerint due
superficies vni equidistantes ipse quoqꝫ erunt adinuicẽ equidistantes. Positis enĩ
tribus superficiebus quarum vtraqꝫ duaꝝ extremarũ equidistet medie dico ꝙ ne/
cesse est ipsas extremas equidistare adinuicem. secentur omnes illi tres superfici/
cies duabus superficiebus se quoqꝫ inuicem secantibus: erũtqꝫ ex hac.16.cõmunes
sectiones duaꝝ extremaꝝ superficieꝝ equidistantes sectionibus medie: quare ex.30
primi ipsi etiã sectiones duaꝝ extremaꝝ superficieꝝ erant equidistantes adinuicẽ.
Et quia ipse contingunt se in cõmuni sectione duaꝝ superficieꝝ tres positas super
ficies secantium ex premissa euidenter constat quod diximus.

Propositio .17.

Si superficies tres vel plures equidistantes duas rectas
lineas seinuicem contingentes vel equidistantes secẽt illa
rum linearum portiones proportionales esse probantur.

¶ Intelligant̃ enĩ due recte linee penetrantes qualitercũqꝫ cõtigerit
tres superficies equidistantes aut etiã plures tribus. dico itaqꝫ duas
portiones illaꝝ linearum inter quaslibet duas lineas superficies interceptas pro/
portionales esse quibusque duabus inter alias duas ex illis equidistantibus sup̃/
ficiebus interceptis. Coniungant̃ enim due extremitates illaꝝ duaꝝ lineaꝝ ducta
inter eas linea vna diagonalit̃: eritqꝫ hoc diagonalis cũ vtraqꝫ illarũ duaꝝ lineaꝝ
penetrãtiũ sup̃ficies ꝓpositas in sup̃ficie vna illas equidistantes sup̃ficies positas
secãte. si ergo haꝝ sup̃ficieꝝ cões sectiões q̃ ꝑ premissã erũt equidistãtes cogitatõe
protraxeris ex prima parte secunde sexti constabit propositum.

Propositio .18.





SI in superficie assignata orthogonaliter steterit: linea oīs superficies a linea illa quorsum libet ducta ad eandem assignatam superficiem erit orthogonaliter erecta.

¶ Sit eni linea.a.b.erecta perpendiculariter sup assignatā superficiē ⁊ a linea.a.b.ꝓducat̄ superficies quorsū libuerit: quā dico sup propositam superficiem esse perpendiculariter erectam.cum enim ipsa secet superficiem assignatam: erit earum cōmunis sectio linea recta ex.3.huius.sitqȝ.b.d.in hac ergo cōmuni sectione signato puncto quolibet qui sit.d.extrahatur ab eo In superficie que producta est a linea.a.b.linea quedā ꝑpendicularis ad lineā.b.d. que sit d.c.eritqȝ ex secunda pte.28.primi linea.c.d. equidistans:linee. a.b. ideoqȝ ex.8. huius linea.c.d.est etiā perpendicularis ad superficiē propositā:quia ergo hoc modo quelibet linea protracta orthogonaliter a quolibet puncto linee.b. d.ad ipsam lineam.b.d.in ipsa superficie que producta est a linea.a.b.est perpendicularis ad propositā superficiem ex diffinitione superficiei supra superficiē orthogonaliter erecte:cōstat verū esse qđ propositū est.

Propositio .19.

SI due superficies se inuicē secantes supra vnam superficiem erecte fuerint orthogonaliter cōmunis earum sectio ad eandem superficiem perpendicularis erit.

¶ Sint due superficies.a.b.⁊.c.d.seinuicem secantes erecte orthogonaliter super assignatā superficiē:sitqȝ cōmunis earū sectio linea recta.e.f.hanc dico esse perpendicularē ad assignatā superficiem.alioquin a puncto f.qui est cōis termin⁹ sectionū duarū superficierū secantiū:⁊ tertie supficiei secte ꝓducat̄ vna linea recta que sit.f.g.in superficie.a.b.perpēdicularis ad supficiē assignatā.itēqȝ ab eodē pūcto ducat̄ alia perpendicularis ad eandē supficiē que sita sit in superficie.c.d.⁊ ipsa sit.f.h.eruntqȝ due linee.f.g.⁊.f.h.orthogonaliter insistentes super punctū vnū ad supficiē assignatā:hoc aūt impossibile per. 13.huius Tales aūt lineas posse ꝓtrahi a puncto.f.in vtraqȝ duarū superficierū.a .b.⁊. c.d. cū.e.f.nō fuerit perpēdicularis ad assignatā superficiē dubitare nō couenit. Intelligat̄ quidē linea.f.h.cōis sectio superficiei.a.b.⁊ supficiei assignate ⁊ linea.f.d.superficiei.c.d.⁊ supficiei assignate.Si igit̄ linea.e.f.fuerit ꝑpendicularis ad vtranqȝ duarū linearū.f.b.⁊.f.d.ipsa etiā erit perpendicularis ad supficiē assignatā ex q̄rta huius.si aūt ad neutrā sit.f.g.ꝑpendicularis ad.f.b.⁊.f.h.perpendicularis ad.f.d deinde a puncto.f.ꝓtrahe in superficie assignata vnā lineā ꝑpendicularē ad lineā f.b.q̄ ex dione supficiei sup aliā supficiē orthogonaliter erecte cū linea.f.g.ꝯtinebit angulū rectū:ꝑ quartā igit̄ hui⁹ erit linea.f.g.ꝑpendicularis ad superficiē assignatā Eodē quoqȝ mō ꝓtracta alia linea a puncto.f.i supficie assignata q̄ sit perpendicularis ad lineā.f.d.sequet̄ ex dione predicta ⁊ ex quarta hui⁹ lineā.f.b.eē ꝑpēdicularē ad supficiē assignatā qđ ē impossibile ꝑ.13.huius.Qđ si ꝯfiteare lineā.e.f. esse ꝑpendicularē ad lineā.f.b.sed nō ad lineā.f.d.sequet̄ modo consimili duas lineas.e.f.⁊.f.h.esse perpendiculares ad superficiem assignatam :qđ nihil minus ē impossibile.

Propositio .20.

SI tres anguli supficiales solidū angulū ꝯtineāt illorū triū angulorum quiqȝ duo ꝑiter accepti reliquo sūt maiores.

¶ Sint tres linee. a.b.a.c.a.d.piramidaliter erecte supra superficiem.b .c .d. continentes tres superficiales angulos ex quib⁹ solidus

perficitur angulus in puncto.a. dico quoslibet duos ex ipsis superficialibꝰ angu/
lis solidum angulum in puncto.a.constituentibus pariter acceptos tertio eē maio
res. Si eni hi tres anguli superficiales fuerint sibi inuicem eq̄les: aut si duo tantuz
equales tertio existe minore vtrolibet duoꝝ equaliuz: ꝯstat p̄ cōem scientiā verum
esse qḋ dicitur. Qḋ si eoꝝ vnus vtrolibet duoꝝ reliquoꝝ maior fuerit siue illi duo
ponant̄ equales siue non equales: adhuc constat illum maiorem cum vtrolibet duo
rū reliquoꝝ pariter acceptoꝝ tertio esse maiorē. Sed ꝛ illos duos minores pariter
acceptos hoc tertio qui maior vtrolibet ponitur esse maiores: sic collige. esto enim
trium propositorum angulorum superficialium angulus.c.a.d. maior vtrolibet re/
liquorum duoꝝ. Ex ipso ergo abscindam angulum.c.a.d.equalem angulo. b.a.d.
ꝯtracta linea.a.e. ꝛ sumā ex hac linea.a.e.lineā.a.g. ꝛ ex linea.a.b.lineā.a.f.quas
ponam esse equales ꝛ protrahам lineam a puncto.g.qualitercūq̄ꝫ contingat in su
perficie duaꝝ linearuz.a.c.ꝛ.a.d.quousq̄ꝫ secet.a.c.in puncto.b.ꝛ.a.d. in puncto
k.ꝛ ipsa sit.b.g.k.ꝛ producā lineas.f.b.ꝛ.f.k.cum sit igitur.a.f.equalis .a.g. posi
ta.a.k.cōmuni erit per quartaz primi.f.k.equalis.k.g.ꝛ qꝛ ex.20.prime due linee
b.f.ꝛ.f.k.sunt maiores linea.b.k.erit per cōceptionē.b.f.maior. b.g. ideoq̄ꝫ per
25.primi cū sit linea.a.f.equalis linee.a.g.erit angulus.f.a.b.maior angulo.b.a.
g.per cōceptionē igitur cōstat duos angulos.b.a.f.f.a.k.pariter acceptos eē ma/
iores angulo.b.a.k.qḋ erat demonstrandū.



Propositio .21.

Omnis angulus solidus quatuor rectis āgulis minor esse probatur.

¶ Anguli solidi quantitas ex anguloꝝ superficialiū ipsū solidū con/
tinentium quantitate determinatur: hac ergo.21.proportiōaliter ꝓ/
ponit̄ quoq̄ꝫ quoslibet supficiales angulos solidū quēlibet cōtinētes
pariter acceptos quatuor rectis angulis esse minores. Sit eni triangula piramis
a.b.c.d.cuiꝰ supremus angulus cū possit esse quilibet suoꝝ anguloꝝ hic tū sit.a.de
quo dico ꝙ tres supficiales anguli ipsū.a.ꝯtinentes sint minores quatuor rectis.
Constat eni ex.32.primi.9.angulos triū t̄anguloꝝ hanc piramidē circūstantium
ꝛ ipsi sunt.a.b.c.a.c.d.a.d.b .esse equales sex angulis rectis: de tribꝰ aūt angulis
basis eiꝰ que ē triāgulus.b.c.d .cōstat quoq̄ꝫ p̄ eandē ꝙ ipsi sunt equales duobus
rectis.cum igitur sex anguli trium trianguloꝝ predictoꝝ hanc nostram piramidē
de cuius supremo angulo disputamus circūdantiū: qui inq̄ꝫ sex anguli cum tribus
angulis basis reliquos tres angulos solidos piramidis continent: sint ex premissa
ter assumpta maiores tribus angulis basis: sequit̄ ipsos sex angulos esse maiores
duobus rectis: ex.nouē.igit̄ angulis trium trianguloꝝ piramidē circūdantiū his
sex angulis demptis erunt ex cōmuni scia reliqui tres ꝛ ipsi sunt qui constituūt so/
lidū angulū.a.miores.4.rectis. Si aūt angulꝰ.a.supmus i assūpta piramide plu/
ribꝰ angulis supficialibꝰ quā tribꝰ ꝯtineat̄ qḋ erit ḃm multitudinē angloꝝ sue basis:
cū igit̄ oēs anguli oim trianguloꝝ ipsā piramidē circūdātiū p̄iter accepti sint ex.32
p̄mi tot rectis angulis eq̄les quāt ꝰē numerꝰ angloꝝ sue basis duplicatꝰ: eo ꝙ tot ne
cesse ē ēē triangulos piramidē circūdātes quot fuerit anguli sue basis. Cūq̄ꝫ omnes
anguli sue basis sint tot rectis angulis eq̄les quantꝰ ē numerꝰ anguloꝝ suoꝝ dupli/
catus: demptis inde.4.ut in.32.p̄mi demonstratum est. Cumq̄ꝫ igitur omnes an/











guli triangulorum piramidē circũdātiũ qui sup latera basis ipsi⁹ piramidis cõsistunt pariter accepti sint maiores omnibus angulis basis piter acceptis vt euidēter con/stat ex premissa totiēs quot angulos basis habuerit repetita. adhuc necessario se/quitur ex cõi scīa supficiales angulos solidũ angulũ. a. continentes piter acceptos esse minores quatuor rectis: eo inquã minores quo oēs anguli trigonorum pirami/dem circũdantium qui sup latera basis statute piramidis consistant excedunt oēs angulos basis pariter acceptos. Propositio .22.

SI tres anguli superficiales quorum quinq; duo pariter ac/cepti tertio sint maiores cunctis sibi inuicem equis lineis contineantur de tribus basibus angulos illos ab ipsarum li/nearum equalium terminis subtendēnbus triangulum subsi/stui vel constitui possibile est:

¶ Sint tres supficiales anguli. b. a. c. e. d. f. h. g. k. vt pponit̃: tales videlicet ut qui q; duo corũ tertio sint maiores. sintq; sex latera eos continentia equalia que sint a. b. a. c. d. e. d. f. g. h. g. k. ⁊ subtēdant̃ eis tres bases que sint. b. c. e. f. h. k. Ex his ergo tribus basibus triangulũ aio constitui posse. Esto eni angulus. b. a. l. equa/lis angulo. d. ⁊ linea. a. l. linee. d. e. ⁊ protrahantur. l. b. l. c. eritq; ex. 4. primi linea l. b. equalis linee. e. f. ex ypothesi vero ↄstat totalem angulũ. a. esse maiorem angu lo. g. erant eni quiq; duo ex tribus angulis. b. a. c. d. ⁊. g. tertio maiores igit̃ ex. 24 primi linea. l. c. linea. h. k. ē maior. cumq; sint ex. 20. primi due linee. l. b. ⁊. b. c. maio res linea. l. c. sequitur duas lineas. l. b. ⁊. b. c. esse multo fortius maiores linea. h. k. quia igitur. l. b. est equalis. e. f. erunt due linee. b. c. ⁊. e. f. maiores linee. h. k. Con/stat itaq; hoc modo quasq; duas lineas ex tribus lineis. b. c. e. f. h. k. esse longi/ores tertia: igit̃ ex. 22. primi constat verum esse qd̓ dicitur: hoc dũtaxat addito ꝙ si duo anguli. b. a. c. ⁊. d. pariter accepti sint equales duobus rectis erunt due linee l. a. ⁊. a. c. ex. 14. primi linea vnaque cum sit equalis ex ypothesi duabus lineis. g h. ⁊. g. k. que ex. 20. primi longiores sunt linea. h. k. cumq; ex eadē linee due. l. b. ⁊. b c. sint longiores linea. l. c. sequitur vt prius. b. c. ⁊. e. f. piter acceptas eē longiores h. k. At vero si duo predicti anguli sunt maiores duobus rectis: erunt ex. 21. primi due linee. a. l. ⁊. a. c. ideoq; ⁊ due. g. h. ⁊. g. k. breuiores duab⁹ q̃ sũt. l. b. ⁊. b. c. qua re vt prius. b. c. ⁊. e. f. pariter accepte sunt longiores linea. h. k.

Propositio .23.

TRibus angulis supficialibus propositis quorum quiq; duo piter accepti tertio sunt maiores omnes aut tres simul qua tuor rectis angulis minores: ex tribus illis equalib⁹ qua lescunq; sint solidum angulum constituere.

¶ Sint ppositi tres anguli supficiales qui sunt. a. b. c. de tribus illis equalibus volumus vnũ solidũ angulũ constituere oportet: igit̃ ex. 21. h⁹ vt quiq; duo eorum pariter accepti tertio sint maiores ⁊ ex. 21. huius vt omnes piter accepti quatuor rectis angulis sint minores ex ipsis itaq; sint hec posita: latera vero eos continētia cuncta adinuicem sint equalia eisq; subtendantur tres bases ⁊ ipse sint d. e. e. f. ⁊. f. d. eritq; ex premissa possibile de tribus lineis his basibus equalib⁹ tri ãgulum constitui. Sit igit̃ ex eis cõstitut⁹ ẜm doctrinã. 22. primi triangulus. d. e. f. constitutus: cui sicut docuit quinta quarti circũscribat̃ circulus. d. e. f. supra cen/trum. g. ⁊ ptrahãt̃: g. d. g. e. g. f. que cũ sint adinicē eq̃les ex dione circuli lateraq;

tres ꝓpositos angulos ambientia equalia ex ypothesi necesse est vt eaꝝ quelibet quolibet illorum laterũ sit minor equalé aũt aut maioré esse est impossibile Si eni linea exiens a centro.g.ad circũferẽtiam circuli.d.e.f.esset equalis alicui lateꝝ.a.d a.e.b.e.b.f.c.f.c.d.sequeretur propterea que posita sũt annuente.8.primi tres angulos.a.b.c.ꝓpositas esse equales tribus angulis.d.g.e.e.g.f.f.g.d. cũq3 hi tres sint equales quatuoꝛ rectis angulis vt facile p3 ex.13.primi:protracta paulisp vna lineaꝝ exeuntiũ a centro ad circũferentiam in continuum ⁊ directũ:essent etiã tres anguli.a.b.c.equales etiã quatuoꝛ rectis qd̃ est cõtra posita. Qd̃ si esset maioꝛ superpositis tribus triangulis quorum sunt anguli.a.b.c.trib⁹ triãgulis diuidentibus triangulum.d.e.f. vnoquoq3 illi cũ quo cõicat in basi itaq bases supponant̃ basibus equales videlicet equalibus ⁊ anguli.a.b.c.cadant ad ptem puncti. g. sequeret̃ ex.21.p̃mi tres ãgulos.a.b.c.esse maioꝛes trib⁹ qui sũt.d.g.e. e.f.g.f. g.d. cẽt itaq3 maioꝛes q̃tuoꝛ rectis qd̃ ẽ ampli⁹ ꝯtrariũ positis Relinquit̃ itaq3 vnũquodq3 ex sex lateribus tres ꝓpositos angulos ãbientibus maius esse linea egrediente a centro.g.ad circũferentiã.d.e.f.ideoq3 etiã potentius.Sit igitur potentius i linea.g. h.que sit scd̃m.12.h⁹ oꝛthogonaliter erecta sup supficiẽ anguli vel circuli d.e.f.demittãturq3 tres ypothemise.h.d.h.e.h.f.quas dico cõtinere angulos tres superficiales equales tribus propositis constituentes angulũ solidum in puncto.h cũ eni quadratũ linee.a.d.sit equale duob⁹ quadratis duaꝝ lineaꝝ.d.g.⁊. g.h.ex ypothesi At quadratũ linee .d.h.sit equale eisdẽ ex penultima primi necesse est lineã.a.d.esse equalem linee.d.h eodẽq3 modo ⁊ lineã.a.e.linee.e.h.igit̃ ex.8.p̃mi cũ bases etiã sint equales erit angulus.a.equalis angulo.d.h.e .silr quoq3 nõ erit angulus.b.equalis angulo.e.h.f.⁊ angulus.c.equalis angulo.f.h.d. quare cõstat factũ eẽ quod facere disposuimus.



Propositio .24.

SI superficiebus equidistantibus solidum cõtineatur eius opposite supficies sibi inuicẽ equales sunt ⁊ equidistantiũ laterum. ¶ Quicquid dicant alij solidũ equidistantibus superficiebus contentum superficiebus paribus necesse est cõtineri que sicut cẽ nõ possunt paucioꝛes sex ita possunt esse in omni numero pari senarium excedente. Constat eni columnã exagonã posse.8.superficiebus que bine bine opposite sibi inuicem equidistant contineri:sic quoq3 octogonã.10.⁊ decagonam.12.⁊ ad istaꝝ similitudinẽ in infinitũ.s3 hoꝝ omniũ solidoꝝ equidistantibus superficiebus contentoꝝ que infinita esse pronuncio solũ illud dicit̃ paralellogramũ cuius omnes superficies ipsũ ambientes palellogramẽ sunt ⁊ istud sex superficiebus duntaxat necesse est ambiri:de tali itaq3 qd̃ sex tm̃ supficiebus ambit̃ dico debere ĩtelligi ꝙ hec.24.ꝓponit:sic igit̃ tale solidum coꝛpus.a.b.cuius omnino superficies fac vt solido habitu mente cõpꝛehendas:patebitq3 tibi vnãquãq3 earũ quatuoꝛ ex reliquis secare cuius quatuoꝛ latera cum sint cõmunes sectiones ipsius secantis ⁊ quatuoꝛ sectaꝝ. Sint autẽ ille quatuoꝛ secte bine ⁊ bine sm̃ ꝙ adinuicem opponunt̃ equidistantes ex ypothesi:sequit̃ ex.16.bis assumpta ut quatuoꝛ latera hui⁹ supficiei secantis ⁊ quatuoꝛ sectaꝝ sint adinuicẽ bina ⁊ bina equidistãtia. Cõstat itaq3 scd̃m. At vero ex.34.primi manifestũ ẽ oĩa latera opposita istaꝝ sex supficieꝝ eẽ equalia:erũt igit̃ bina latera angulũ planũ cõtinẽtia cuiusq3 eaꝝ equalia binis lateribus angulũ planũ in supficie sibi opposita ꝯtinentib⁹.anguli quoq3 ab illis binis ⁊ binis lateribus ꝯtenti equales p.10.h⁹: igit̃ ex ꝯuersa penultime cõis



ſcie in primo libro poſite neceſſe ēſt quaſqȝ duas ſuperficies in ſolido.a.b.oppo/ ſitas eſſe ſibi inuicē equales qđ eſt propoſitũ. Propoſitio .25.

SI ſuperficies quedā ſecet ſolidũ paralellogramũ eq̄diſtā/ ter duabus ipſius ſolidi ſupficiebus oppoſitis duo partia lia corpora que ad illam ſecantem ſuperficiē velut ad cō/ munē terminũ copulant̄ ſuis baſibus ſunt proportionalia ¶Sit corpus.a.b.ſolidũ palellogramũ ⁊ ſecet ipſum ſupficies.c.d. equidiſtanter duabus eius oppoſitis ſupficiebus que ſunt.a.e.⁊.f.b.⁊ ſit ſupficies g.h.baſis ipſius ſolidi.a.b.de qua conſtat per premiſſā ꝙ ipſa ſit equidiſtantium lateꝝ ⁊ ſit cōis ſectio duaꝝ ſupficieꝝ.c.d.⁊.g.h.linea.h:d.de qua conſtat p. .hu/ ius ꝙ ipſa ſit linea recta ⁊ p.16.huius ꝙ ipſa ſit equidiſtans.g.e. ideoqȝ ſunt due ſuperficies.g.d.⁊.h.b.equidiſtantiũ lateꝝ ⁊ ipſe ſunt baſes duoꝝ ptialiũ corpoꝝ in que ſupficies.c.d.diuidit ſolidum.a .b. dico itaqȝ ꝙ ꝓportio ſolidi.a:d.ad ſoli dũ.b.c.ē ſicut baſis.g.d.ad baſim.h.b.protrahant̄ eni vtrinqȝ quātũ libuerit.qua tuor linee penetrantes ſupficiē.c.d. ſup eius angulos ⁊ ipſe ſunt.a.f.⁊.e.b.cũ dua bus reliquis ſibi equidiſtantibus. Sumant̄qȝ ex eis omnib⁹ portiones ex pte pun cti.b.quot libuerit que ponant̄ ſingule eq̄les linee.b.d. ⁊ ex parte puncti.e.alie ſiīr quot libuerit que ponant̄ equales linee.e.d.ſup quas vtrinqȝ ꝯſtituāt̄ ſolida palel lograma ſcđm ſuaꝝ longitudinē exigentiũ.Sintqȝ ex p te puncti.b.ſolida.f.k.⁊.l. m.⁊ ex pte puncti. e.ſolida. a.n.⁊.q. a.eritqȝ ex diõne corpoꝝ equaliũ atqȝ ſimi/ liũ vnũqđqȝ ſolidoꝝ.f.k.⁊.l.m.equale ſolido.e.b. ⁊ vnũqđqȝ.a.n.⁊.p.q. ē equale a.d.fiat igiť argumētũ quēadmodũ i prima ſexti ē eni ſolidũ.c.m.ita multiplex ſo lidi.b.c.ſic baſis.h.m.baſis.h.b.⁊ ſolidũ.q.c.ita mltiplex ſolidi.a.d.ſic baſis.q.h baſis.g.d.⁊ ſi baſis.h.m.ē eq̄lis baſi.q.h.ſolidũ.c.m.eſt eq̄le ſolido.q.c.ex diõne corpoꝝ equaliũ atqȝ ſimiliũ ⁊ ſi baſis ē minor baſi ⁊ ſolidũ ē min⁹ ſolido ⁊ ſi maior mai⁹ qđ pȝ ex diõne eadē reſecata maiori baſi ad eq̄litatē minoris ⁊ deſcripto ſup eam ſolido palellogramo.itaqȝ ex diõne icōtinue ꝓportionalitatis ꝓportio ſolidi a.d.ad ſolidũ.c.b.ſicut baſis.g.d.ad baſim.h.b.qđ eſt ꝓpoſitũ. Qđ ſi ſuperficies aliqua ſecet corpus ſeratile equidiſtanter duabus eius triangularibus ſupficiebus oppoſitis duo partialia corpora que ad illā ſecantē ſuperficiē velut ad cōem termi num copulant̄ ſuis baſib⁹ erũt proportionalia.¶Sit eni.a.f.corpus ſeratile cuius ſint due trigone ſupficies.a.b.c.d.e.f.Cōſtat igiť ex diõne ſeratilis vnāquāqȝ tri um ſupficieꝝ que ſunt.a.b.d.e.b.c.e.f.a.c.d.f.eē paralellogramũ: ſecet igiť ſupfi/ cies.g.h.k. iſtud ſeratile equidiſtanter duabus eius oppoſitis ſupficiebus q̄ ſunt a.b.c.d.e.f.dico ꝙ ꝓportio ſeratilis.a.k.ad ſeratile.g.f.ē ſicut baſis.a. k.ad ba/ ſim.g.f.qđ ſicut de ſolidis palellogramis ꝓbat̄ ꝓtractis eni in vtrāqȝ ptē lineis.a d.b.e.c.f.factiſqȝ inter eas ex pte puncti.e.ſeratilibus equalibus ſeratili. g.f. ⁊ ex pte puncti .b.alijs equalibus ſeratile.a.k.vtrinqȝ quouis numero ex diõne incon tinue ꝓportionalitatis.ſi cuncta vigili mente pluſtres nō erit tibi difficile cōclude/ re quod diximus. Propoſitio .26.

SUper datum punctũ date linee angulo ſolido propoſito equalē angulũ ſolidũ conſtituere. ¶Solidus angulus propoſitus ſit.a.qui cōtineat̄ tribus lineis.a.b.a.c.a.d.tres ſuper/ ficiales angulos ipſũ ſolidũ pficientes cōtinentib⁹ cui ſup punctũ.e. linee.e.f.ꝓpoſite que ad libitũ ꝓponentis iaceat:aut in ſublimi cōſurgat iubemur





equalē angulum solidū cōstituere qualiscūq; sit situs linee.e.f.a puncto.g.vbicūq; volueris signato: ꝓducito lineā.g.e.eruntq; ex scḋa h⁹ due linee.e.f.⁊.g.e.i supfi/cie vna.in hac itaq; superficie super punctū.e.datū in assignata linea scḋm ꝯsiliū 23.primi constitue angulū equalē angulo.b.a.c.⁊ ipse sit.f.e.g. dehinc ex linea.a.d.abscinde lineam.a.b.sicut volueris ⁊ a puncto.b. producito perpendicularem b.k.ad superficiē in qua sunt due linee.a.b.⁊.a.c.qḋ qualiter faciendum sit.11.hu ius docuit:nec sit igitur tibi cura de puncto .k. Nihil eni refert vtꝝ ꝑpendicularis b.k.occurrat supficiei in qua sunt due linee.a.b.⁊.a.c.inter ipsas lineas aut extra aut in eaꝝ altera ducito tñ lineā.a.k.positoq; puncto.l.in linea.a.b.vbicūq; volu eris ꝓtrahe lineas.k.l.⁊.l.b.⁊ pone angulū.f.e.m.in supficie lineaꝝ.e. f.⁊.e.g. equalē angulo.b.a.k.⁊ lineā.e.m.equalē linee.a.k.⁊ ex linea.e.f. sume lineā .e.p. equalē linee.a.l.⁊ a puncto.m.educ lineā.m.n.ꝑpendicularē ad superficiē in qua sunt due linee.e.f.⁊.e.g.⁊ pone eā equalē.b.k.⁊ protrahe lineas.e.n.n.p.⁊.p.m. dico igiᵗ tres lineas.e.f.e.g.e.n.cōtinere angulū solidū in puncto.e.equalē angu/lo.a.proposito: cū sint eni ex ypothesi duo latera.a.k.⁊.k.b.triāguli.a.k.b.equa lia duobus lateribus.e.m.⁊.m.n.trianguli.e.m.n.⁊ anguli qui sunt ad.k.⁊ ad.m recti ex diffinitione linee perpendiculariter erecte supra supficiē erunt ex quarta pͥ/mi due linee.a.b.⁊.e.n.equales:per candē quoq; erunt due linee.k.l.⁊.m.p.equa les.ideoq; etiā ꝑ eandē.b.l.⁊.n.p.equales:cum sint.b.k.⁊.k.l.equāles.m.n.⁊.m p.⁊ anguli.b.k.l.⁊.m.n.p.recti ꝑ.8.igiᵗ primi erit angulus.n.e.p. equalis angu/lo.b.a.l.Simili quoq; modo ꝓbabis angulū.g.e.n.esse equalē angulo.c.a.d.con stat itaq; nos effecisse qḋ volumus:huic si studiosus institeris quotcūq; lateribus a.solidus angulus ꝓpositus cōtineatᵗ qḋ a te petitᵗ sine offēdiculo perficere poteris



Propositio .27.

Super assignatā lineam dato solido equidistantium supfici erum simile solidum constituere. ¶ Sit assignata linea.a .b.de cuius situ vtrū in plano iaceat vel sursum exurgat nihil curetᵗ:sitq; as signatū palellogramū solidū corpus.c.d.cui sup lineā.a.b.iubemur simile solidū fabricare.Sint igiᵗ tres linee ꝯtinentes superficiales an gulos ex quibus poniᵗ solidus angulus.c.inscripte litteris.c.e.c.f.c.g.At scḋm pͥ/cepta premisse super punctū.a.linee.a.b.cōstituatᵗ angulus solidus equalis. c.quē cōtineāt tres linee.a.b.a.h.a.k.⁊ auxilio. 10.sexti sit ꝓportio.c.e.ad.a.b.⁊.c.f.ad a.h.⁊.g.c.ad.a.k.ꝓportio vna : dehinc a trib⁹ punctis.b.h.k.ꝓtrahantᵗ sex linee h.l.equidistans linee.a.b.⁊.b.m.equidistans linee.a.k.iteꝝ.b.l.equidistās linee a.h.⁊.b.n.equidistans linee.a.k.rursus quoq;.k.n.equidistans.a.b.⁊.k.m. equi distans.a.h.amplius aūt ꝓtrahantᵗ.m.p.equidistans.h.l.⁊.p.l.equidistans.h.m ꝓtrahatᵗ quoq; ⁊ linea.p.n .eritq; cōpletū solidū palellogramū.a.p. quod dico eē simile solido.c.d.hoc aūt ex dione siliū supficieꝝ ⁊ dione siliū corpoꝝ si earum memineris facile cōcludes.



Propositio .28.

Si supficies aliqua solidū palellogramū sup duas quaslib; oppositas supficies eius terminales ⁊ sup eaꝝ duas dia/metros secet eādē supficiē corp⁹ illud ꝑ equalia secare ne/cesse est. ¶ Sit corpus.a.b.solidū palellogramū de quo sit positum ꝙ supficies.a.b.c.d.secet ipsū sup diametros duaꝝ superficierū op/positaꝝ ipsū solidū terminātiū q̄ sint .a. d.⁊.c.b .dico ꝙ ipsa diuidit istud solidū







ꝑpositū per equalia. cōstat eni ꝙ ipa diuidit illud solidū in duo seratilia quoꝝ supficies quadrilateras binas ⁊ binas ad inuicē relatas scđm ꝙ ipse sunt opposita latera solidi ꝑpositi manifestū ē ex. 24. hui⁹ eē equales cū solidum de quo loquimur positū sit eē palellogramū: ex eadē quoqȝ ⁊. 41. primi cōstat trilateras supficies dictoꝝ seratiliū esse equales: igit̄ a dione solidoꝝ equaliū liquet quod propositum est

Propositio .29.

Cuncta solida equidistantium superficieꝝ eque alta atqȝ i eadē basi sup vnā lineā constituta probantur esse equalia. ℭ Veꝝ ē ꝙ solida equidistantiū lateꝝ eque alta siue iter supficies eq̄distantes super vnā ⁊ eādē basim cōstituta sunt adinuicē equalia sicut de superficiebus equidistantiū lateꝝ super vnā basim ⁊ inter lineas equidistantes ꝯstitutis ut in. 35. primi demonstratū est. sed talium solidoꝝ quedā dicunt̄ constitui super lineā vnā ⁊ sunt illa quoꝝ suppremaꝝ supficieꝝ duo opposita latera sunt ꝭm rectitudinē ꝓtracta linea vna: ⁊ de talibus hec. 29. proponit demonstrandū ipsa oia esse equalia adinuicem. sunt aūt eoꝝ alia que nō dicuntur cōstituta super lineā vnā ⁊ sunt illa quoꝝ suppremaꝝ superficieꝝ duo latera opposita quecūqȝ sumant̄ ꝭm rectitudinē ꝓtracta nō sunt linea vna ⁊ de talib⁹ sequens demonstrandū ꝓponet ipsa quoqȝ oia eē adinuicē equalia. Sint itaqȝ duo solida palellograma eque alta siue inter supficies equidistantes. a. b. ⁊. a. c. cōstituta sup vnā basim que sit. a. d. quoꝝ suppreme supficies sint. e. b. ⁊. f. c. Sintqȝ haꝝ suppmaꝝ supficieꝝ duo latera opposita cū scđm rectitudinē ꝓtrahant̄ linea vna ⁊ ipsa sunt. e. f. ⁊. b. c. dico itaqȝ ꝙ solida. a. b. ⁊. a. c. sunt equalia: hoc aūt si figurā ei⁹ ꝭm ꝙ oportet actu vel cogitatione fabricaueris ⁊ quēadmodū in. 35. primi processeris idem faciens hic de seratilibus qđ ibi de triangulis facile cōcludere poteris occurruntqȝ tibi hic eedem diuersitates in solidis que ibi in supficieb⁹ occurrisse nouisti

Propositio .30.

Cuncta solida equidistantiū supficieꝝ eque alta que ī eadē basi nō aūt sup lineā vnā fuerint ꝯstituta ꝓbant̄ esse eq̄lia. ℭ Sint nūc duo solida palellograma eque alta siue inter supficies eq̄distantes sintqȝ sup vnā ⁊ eādē basim sed nō sup lineā vnā ꝯstituta: dico iteꝝ ea eē equalia. Esto eni duo solida palellograma. a. b. ⁊. a. c. eque alta siue inter supficies equidistātes ꝯstituta sup vnā basim que sit. a. d. ʒ nō super vnā lineā: sintqȝ eoꝝ suppreme supficies. e. b. ⁊. f. c. quaꝝ opposita latera ꝭm rectitudinē ꝓtracta nō erūt linea vna. cūqȝ ipsa ex ypothesi sint i vna superficie eo ꝙ solida proposita sunt inter superficies equidistnates: necesse ē vt duo latera vnius earum ꝓtracta scđm rectitudinē secēt duo alterius eaꝝ ꝓtracta scđm rectitudinē: protrahāt̄ itaqȝ duo opposita latera superficiei. e. b. que sint. e. g. ⁊. h. b. ⁊ duo opposita superficiei. f. c. que sint. k. f. ⁊. c. l. ⁊ secent se sup quatuor pūcta. m. n. p. q eritqȝ superficies. m. n. p. q. equidistantiū lateꝝ equalis vnicuiqȝ triū superficierū. quaꝝ vna ē basis ꝑpositis solidis cōis ⁊ ipsa ē. a. d. ⁊ due relique sūt suppreme superficies eorundē solidoꝝ ⁊ ipse sunt. e. b. ⁊. c. f. ductis itaqȝ lineis a quatuor punctis. m. n. p. q. ad quatuor angulos basis. a. d. sibi scđm directā habitudinē relatos / q̄ sit. n. a. m. r. p. s. q. d. perfectū erit solidū paralellogramū. a. q. i eadē basi cū vtroqȝ duoꝝ prioꝝ ⁊ eque altū ⁊ sup lineā vnā cū vtroqȝ ipsoꝝ: per premissaȝ igit̄ vtrūlibȝ duoꝝ solidoꝝ ꝑpositoꝝ que sūt. a. b. ⁊. a. c. ē equale solido. a. q. ꝑ ꝯceptionem

ergo est solidũ.a.b.eq̄le solido.a.c.q̄re constat ꝓpositũ. ¶ Potes quoqꝫ ꝯuersas
huius ⁊ premisse ꝓbare si libet ducendo ad impossibile: pones eni quelibet duo so
lida ꝑalellograma eẽ eq̄lia ⁊ ꝯstituta super eandẽ basim equidistãtia ⁊ demõstra/
bis ea eẽ eque alta. Eritqꝫ hec ⁊ premissa tue demõstrationis mediũ: impossibile
aũt ad quod duces erit: partẽ suo toti esse equalẽ: qḋ euidenter patebit si de illo soli
do qḋ altius eẽ mentiẽ aduersarius cũ tñ ambo posita sint equalia ⁊ sup eandẽ ba
sim cõstituta vnũ solidũ paralellogramũ eque altũ demissiori absciderís: hoc autẽ
abscisum equale esse demissiori cõuinces ex hac ⁊ premissa. ideoqꝫ ⁊ toti illi a quo
ipsum absciderís ex cõi scia. Propositio .31

Solida equidistantiũ sup̄ficieꝝ in basibus equis cõstituta si fuerint eque alta lineeqꝫ eius angulares supra bases orthogonaliter steterint erunt equalia.

¶ Et hoc quoqꝫ veꝝ ẽ ꝙ oia solida paralellograma in equis basib⁹
atqꝫ inter superficies equidistantes siue eque alta constituta sunt ad
inuicẽ equalia sicut de superficieb⁹ equidistantiũ laterũ super equales bases ⁊ in/
ter lineas equidistãtes constitutis in.36.primi probatũ ẽ. At taliũ solidoꝝ alia sũt
quoꝝ angulares linee super suas bases orthogonaliter erigunẽ de quib⁹ hec.31.ꝓ/
ponit demõstrandũ esse ea eẽ equalia. Alia vero sunt quoꝝ angulares linee super
suas bases nõ sunt orthogonaliter erecte: de quibus seq̄ẽs demõstrãdũ proponit
ea eẽ equalia: intelligant itaqꝫ super duas bases.a.b.⁊.c.d.que sint equales ⁊ equi
distantiũ lateꝝ nõ tñ vnius creationis. sed sit.a.b.tetragonus longus.⁊.c.d. simi
le helmuaym duo solida equidistantiũ laterũ cõstituta eque alta sintqꝫ linee erecte
super angulos ꝓpositaꝝ basiũ ꝑpendiculares ad ipsas. dico hec duo solida ad in/
uicẽ esse equalia protrahant itaqꝫ duo latera basis.a.b.⁊ sint illa que cõtinẽt an/
gulum.b. vsqꝫ ad.f.⁊.e.⁊ fiat angulus.f.b.g.equalis angulo.c.basis.c.d. ⁊ sumãẽ
due linee.b.f.⁊.b.g.equales duobus lateribus basis.c.d.que cõtinent angulũ.c.⁊
perficiat superficies equidistantium laterum.b.h.que erit equalis ⁊ siĩis basi. c.d.
dehinc ꝓtrahaẽ.h.e.equidistans.b.f.⁊.f.k.equidistans. b.e. eritqꝫ quadrilatera
superficies.b.k.equidistantiũ laterũ equalis.b.h.ex.35.primi: cũqꝫ.b.h.sit equa/
lis.c.d.erit per cõceptionẽ.b.k.equalis.a.b. Cõpleaẽ itaqꝫ superficies equidistan/
tium laterum.b.l.protracta linea.k.f.quousqꝫ cõcurrat cũ vno ex lateribus conti/
nentibus angulũ.a.in puncto.l.age ergo super tressuperficies equidistantiũ late/
rum que sunt.b.h.b.k.b.l.cõstituãtur eque alta solida solido cõstituto super basim
a.b.sintqꝫ linee omniũ solidoꝝ istorum erecte super bases perpendiculares ad ip/
sas ⁊ appellentur bases ⁊ solida super eas cõstituta eisdẽ nominibus .manifestum
est ergo ex diffinitione solidoꝝ equalium atqꝫ similium ꝙ duo solida.b.h .⁊.c.d.
equalia atqꝫ similia sunt: de solidis aũt.b.h.⁊.b.k.constat ex.29.ꝙ ipsa sũt equa
lia: sunt eni eque alta ⁊ cõstituta super vnã ⁊ eandẽ basim ⁊ ipsa ẽ superficies ere/
cta super lineã.b.f.⁊ super lineã vnã: ẽ aũt p.25.proportio solidi.a.b.ad solidum
b.l.sicut basis.a.b.ab basim.b.l.⁊ per eandem solidi.b.k.ad solidum.b.l.sicut ba
sis.b.k.ad basim.b.l.cumqꝫ sit vtriusqꝫ duarum basium.a b.⁊.b.k.ad basim.b.l.
vna proportio: ex prima parte.7.quinti erit vtriusqꝫ duoꝝ solidorum.a.b.⁊.b.k.
ad solidum .b.l.proportio vna igitur ex prima parte noni quinti erunt duo soli/
da.a.b.⁊.b.k.equalia: at quia solidũ.b.k.est equale solido.b.h.solidũqꝫ.b.h.so/
lido.c.d.sequiẽ ex cõi scia solidum.a.b.eẽ eq̄le solido.c.d.quod est propositum.



Propositio .32.

SI solida equidistantiũ superficieꝝ in equis basibus con/stituta eque alta fuerint linee autẽ angulares supra bases orthogonaliter nõ steterint: ipsa eẽ equalia necesse est. ¶ Fabricatis duob⁹ corporibus vt proponitur videlicet q̄ sint equidistantiũ terminoꝝ ⁊ eque alta ⁊ sup bases equas perpendiculariter nõ aũt super bases suas erecta sed ambo super eas inclinata. Si autem a quatuor angulis suppremaꝝ superficieꝝ ipsoꝝ ad bases suas perpẽdiculares ducantur q̄ ex 6. erũt singulares equidistantes ⁊ etiã ex ypothesi singule singulis equales ipse enĩ solidoꝝ ꝓpositoꝝ altitudinẽ diffiniunt: ⁊ si inter eas solida equidistantiũ laterum ꝑficiant̄ constabit ex premissa hec duo solida vltimo constituta esse adinuicẽ equalia. Cumq; duoꝝ prioꝝ ⁊ duoꝝ posterioꝝ sint eedem bases videlicet eoꝝ superficies suppreme: constat ex. 29. vel. 30. et hac cõmuni sciẽtia: quecũq; equalibus sũt equalia sibi inuicẽ sunt equalia veꝝ esse qd̄ ꝓpositũ est. Ex his potes cõuersas huius ⁊ premisse eisdẽ mediantib⁹ indirecte demõstrare si libet eodẽ mõ ⁊ ad idẽ icõueniẽs sicut in cõuersis duaꝝ istas antecedentiũ deducẽdo: pones enĩ duo solida paralel/lograma eẽ equalia ⁊ sup equales bases ⁊ cõuinces ea esse eque alta vel pones ea eẽ eque alta ⁊ eq̄lia ⁊ cõuinces ea eẽ sup bases eq̄les.



Propositio .33.

OMnia solida equidistãtiũ superficieꝝ eque alta suis ba/sibus sunt proportionalia. ¶ Sint duo solida equidistãtiũ sup/ficieꝝ eque alta cõstituta super duas bases. a. b. ⁊. c. d. dico ꝙ ꝓpor/tio illoꝝ duoꝝ solidorum vnius ad alterum est sicut ꝓportio suarũ basium que sũt. a. b. ⁊. c. d. vni⁹ ad alterã. Cõstat quidẽ ex. 24. vtraq; haꝝ duarũ basiũ esse equidistantiũ laterũ: duo igitur latera opposita ⁊ equidistã/tia in superficie. a, b. ꝓtrahant̄ ⁊ inter ea fiat superficies equidistantiũ lateruȝ que sit. f. e. equalis. c. d. dehinc supra sup̄ficiem. f. e. cõpleatur solidum ꝑalellogramum eque altũ ei qd̄ cõstitutũ est sup basim. a. b. sitq; amboꝝ cõis terminus illa sup̄fici/es que exurgit sup lineã. b. f. hec aũt solida ⁊ sue bases eisdem nuncupent̄ nomini/bus. q2 igit̄ basis. f. e. ẽ equalis basi. c. d. erit ex. 31. vel. 32. solidũ. f. e. equale solido. c. d. At q2 totale solidũ. a. e. secat superficies exurgens super lineã. b. f. equidistanter duobus lateribus oppositis: erit ex. 25. ꝓportio solidi. f. e. ad solidũ. a. b. sicut ba/sis. f. e. ad basim. a. b. cumq; sint. c. d. ⁊. f. e. tam bases q̃; solida equalia: bases qui/dẽ ex ypothesi: solida autẽ ex. 31. vel. 32. Sequitur ex. 7. quinti bis assumpta semel ꝓ basibus ⁊ semel ꝓ solidis ꝙ solidoꝝ. a. b. ⁊. c. d. basiumq;. a. b. ⁊. c. d. sit ꝓpor/tio vna qd̄ demõstrare volumus: Huius quoq; ꝯuersam eadẽ ipsa mediãte demõ/strare queãdmodũ ꝯuersas precedentiũ nõ ẽ difficile. pones enĩ duo solida para/lellograma eẽ suis basibus ꝓportionalia ⁊ ꝯuinces ea eẽ eque alta abscisoq; ab eo qd̄ alti⁹ mẽtiet̄ aduersari⁹ vno solido ꝑalellogramo eque alto demissiori erũt absci/sũ ⁊ demissi⁹ suis basib⁹ ꝓportionalia ex ypothesi ⁊ ex hac. 33. cũq; etiã eẽnt totale alti⁹ a quo ꝑtiale abscidisti ⁊ ipsũ demissi⁹ eisdẽ basib⁹ ꝓportionalia ex ypothesi sequit̄ ex p̄ma ꝑte. 9. quinti totale qd̄ aduersari⁹ dicit alti⁹ ⁊ ꝑtiale qd̄ ab eo abscidistiesse equalia.

Propositio .34.

SI duo solida equdistantiũ superficieꝝ lineis altitudinum super bases orthogonaliter erectis fuerint equalia eoruȝ bases eorũdẽ altitudinibus mutuas esse. Si vero fuerint





due bases suis altitudinibꝰ mutue ipsa solida sibi inuicē equalia esse ne/
cesse est. ¶ Quocunqꝫ sint duo solida equidistantiū superficieꝝ equalia coꝝ ba/
ses ⁊ altitudines necesse est esse mutekesias ⁊ econuerso quēadmodū de superficie/
bus equidistantiū lateꝝ equiangulis. 13. sexti ꝓposuit. Attamē hac. 34. istud demō/
strandū proponitur de illis solidis palellogramis in quibus linee altitudinum suis
basibꝰ palellogramis orthogonaliter insistūt. ea vero que sequit̄ ꝓponit idē de ce/
teris. Sint ergo nūc duo solida palellograma. a. b. ⁊. c. d. equalia quoꝝ bases sint
a. e. ⁊. c. f. lineeqꝫ altitudinū ipsoꝝ sint super has bases orthogonaliter erecte ⁊ sit
altitudo solidi. a. b. linea. e. b. ⁊ solidi. c. d. linea. f. d. si igitur fuerint due linee. e. b.
⁊. f. d. determinantes ipsoꝝ solidoꝝ altitudines equales adinuicē: cum ipsa quoqꝫ
solida sint ex ypothesi equalia. erunt ex cōuersa. 31. bases eoꝝ que sunt. a. e. ⁊. c. f. eq̄/
les. ideoqꝫ bases ⁊ altitudines erunt mutue: sicqꝫ cōstabit ꝓpositi prima ps. ⁊ ecō/
uerso cōstabit scd̄a vt si altitudines ⁊ bases sint mutue: ponant̄ altitudines equa/
les erūt quoqꝫ bases equales. ideoqꝫ p. 31. ⁊ solida equalia ⁊ sic cōstat secunda ps.
At vero si linee. e. b. ⁊. f. d. nō fuerint equales sit. f. d. maior ⁊ ex ea resecet̄. f. g. ad
equalitatē. e. b. tribusqꝫ ceteris lineis que sunt altitudinis solidi. c. d. ad eādē men/
surā in punctis. h. k. l. resecatis perficiat̄ solidū palellogramū. c. g. eque altū solido
a. b. eritqꝫ ex premissa. a. b. ad. c. g. sicut. a. e. ad. c. f. cū itaqꝫ. c. d. sit equale. a. b erit
ex prima pte. 7. quinti. c. d. ad. c. g. sicut. a. e. ad. c. f. p premissā aūt ē ꝓportio. c. d.
ad. c. g. sicut. m. f. ad. f. l. qd̄ pꝫ si vna ex lateralibꝰ supficiebꝰ solidi. c. d. ⁊ ipsa sit. f.
m. intelligat̄ basis ipsiꝰ. at per primā sexti. f. m. ad. f. l. sicut. d. f. ad. f. g. ideoqꝫ per
7. quinti. sicut. d. f. ad. b. e. igit̄. a. c. ad. c. f. sicut. d. f. ad. b. e. cōstat itaqꝫ prima ps.
Scd̄am ptē cū sit cōuersa prime cōuerso mō ꝓbabis: sit eni eadē dispositione ma/
nente ꝓportio. a. e. ad. c. f. sicut. d. f. ad. e. b. dico tunc solida. a. b. ⁊. c. d. eē equalia:
erit eni ex. 7. quinti. d. f. ad. f. g. sicut. a. e. ad. c. f. sed ex p̄missa ē. a. b. ad. c. g. sicut
a. e. ad. c. f. igit̄ ē a. b. ad. c. g. sicut. d. f. ad. f. g. ex prima aūt sexti ē. d. f. ad. f. g. sicut
m. f. ad. f. l. ⁊ ex p̄missa. c. d. ad. c. g. sicut. m. f. ad. f. l. itaqꝫ. c. d. ad. c. g. sicut. a. b.
ad. c. g. igit̄ ex. 9. 5. a. b. ⁊. c. d. sūt eq̄lia: qd̄ ē propositū.

Propositio .35.

Si duo solida equidistantiū terminoꝝ fuerint equalia eoꝝ
bases eorūdē altitudinibus erūt mutue Si vero bases sue
altitudinibus suis mutue fuerint quelibet duo corpa equi/
distantium superficierum probātur esse equalia.

¶ Qd̄ premissa ꝓposuit de solidis palellogramis quoꝝ linee altitu/
dinū super bases suas orthogonaliter exurgunt. hec. 35. ꝓponit indistincte de om/
nibus: demōstrare aūt cōuenit hāc ex premissa quēadmodū demonstrauimꝰ. 32. ⁊
33. Fabricatis eni duobus solidis equidistantiū laterū quibuscūqꝫ si linee altitu/
dinū suis basibus orthogonaliter insistunt: cōstat veꝝ esse qd̄ dicit̄ ex p̄missa. Sin
autē a quatuor angularibꝰ punctis suppremaꝝ supficieꝝ in vtroqꝫ solido quaterne
linee demittant̄ perpendiculariter ad bases vel a punctis angularibus infimarum
supficieꝝ quaterne erigant̄: iter quas duo solida palellograma pficiant̄ eque alta so/
lidis prioribus. eruntqꝫ ex. 29. ⁊. 30. hec duo solida duobus prioribus solidis equa/
lia. cum igitur horum ⁊ eorū sint eedē bases ⁊ eedē altitudines: sit aūt ex premissa
de posterioribus verum est quod hec. 35. proponit verum erit idē etiā de prioribus

Propositio .36.

SI duo solida equidistantium superficierum fuerit similia proportio erit vtriusqꝫ ad alterū tanq̄ꝫ cuiuslibet sui lateris ad suum relatiuum latus alterius ꝓportio triplicata.

¶ Sint enī duo solida .a.b.⁊.c.d.palellogrāma ⁊ sīlia: dico ꝙ ꝓportio vnius coꝝ ad alteꝝ ē sicut vnius lateris eius ad vnū latus alteri⁹ qḋ sibi referť ꝓportio triplicata: queadmodū duaꝝ supficieꝝ sīlium ꝓportio est sicut suoꝝ relatiuoꝝ lateꝝ ꝓportio duplicata ut in. 18. sexti demonstratū ē. nā si solida.a.b.⁊.c.d. fuerint equalia cū ipsa ponanť sīlia erunt ex diffinitionib⁹ sīliū corporū ⁊ similiū supficieꝝ cuncta latera vnius equalia suis relatiuis lateribus alteri⁹ ideoqꝫ cū duaꝝ quantitatum equaliū ꝓportio triplicata aut quotienslibet sumpta nō efficiat nisi equalitatis ꝓportionē: constat in hoc casu veꝝ ēē qḋ proponiť. Si autē inequalia: sit .a.b. maius cuius longitudo sit.b.e. latitudo. e.f. altitudo. f.a. basis.e.r. ⁊ suprema superficies.a.n. Solidi vero.c.d. sit longitudo.d.g. latitudo g.h. altitudo.h.c. cōstat itaqꝫ ex dione similiū corpoꝝ ⁊ ex diffinitione similiū supficierū ⁊ p̄senti ypothesi ꝙ ꝓportio.a.f.ad.c.h.⁊.f.e.ad.h.g.⁊.e.b.ad.g.d. sit ꝓportio vna. sumať igiť ex linea.a.f. quā manifestū ē ēē maiorē.c.h. linea. f.k. equalis.h.c. cetereqꝫ tres determinantes altitudinem solidi.a.b. resecentur ad equalitatem eius ⁊ inter eas cōpleatur solidū palellogramū.k.b. eque altū solido.c.d.⁊ ꝓtrahanť due linee basis.e.b. vsqꝫ ad.l.⁊.r.b. vsqꝫ ad.m. sitqꝫ.b.l. equalis.g.d.⁊.b m. equalis.h.g. ⁊ perficiať supficies equidistantiū laterū.m.l. que erit equalis ⁊ similis.h.d. sup eā igiť erigať solidū palellogramū .p.q. ꝺm altitudinē prescisam ex altitudine solidi.a.b. eritqꝫ.p.q. equale ⁊ sīle solido.c.d. rursusqꝫ inter lineas.r.b. ⁊.b.l. ꝑficiať superficies equidistantium laterum.b.t. sup quā quoqꝫ erigatur solidū paralellogramū.x.l. eque altū vtriqꝫ duoꝝ solidoꝝ.k.b.⁊.p.q. replendo alterutrum duoꝝ anguloꝝ hyantium inter ea: cū aūt duo solida.a.b.p.q. sint sīlia eo ꝙ ābo posita sint sīlia solido.c. d. corpa vero vni ⁊ eidē corpori sīlia iter se sunt sīlia vt pꝫ ex dione sīlium corpoꝝ ⁊.20. sexti manifestum ē ex.25. ter assumpta ꝙ inter duo solida.a.b.⁊.p.q. ꝺm continuā ꝓportionalitatē cadunt duo solida. k.b.⁊.x.l. opportune ergo cōstituta vel constructa figura: ypotesibusqꝫ memorie firme conmendatis ex prima sexti facile ꝯcludes propositū. Excute torporē ⁊ diligenter attēde sciesqꝫ ex.25. huius ꝓportionē solidi.a.b. ad solidū.k.b. ēē sicut supficiei .a.r. ad superficiē.k.r. iōqꝫ ex prima sexti sicut linee.a.f. ad lineā.k.f. ⁊ ꝓportionē solidi.k.b. ad solidū.x.l. sicut supficiei.k.r. ad supficiē. x.t. iōqꝫ sicut linee.f.r. ad lineam.r.t. ⁊ ꝓportionē solidi.x.l. ad solidū.p.q. sicut superficiei.r.l. ad supficiē. l.m. ideoqꝫ sicut linee.r.b. ad lineā.b.m. Ex ypothesi vero liquet ꝙ ꝓportio linee.f.r. ad lineā.r.t.⁊ linee.r.b. ad lineā.b.m. ē sicut linee.a.f. ad lineā.k.f. itaqꝫ ex dione ꝓportionis triplicate posita in ꝓhemio quinti: cōstat ꝙ ꝓportio solidi.a.b. ad solidum.p.q. ideoqꝫ etiā ad solidū.c.d. ē sicut linee.a.f. ad lineam.k.f. triplicata ⁊ q2 linea.k.f. posita est equalis linee.c.h. pꝫ veꝝ esse quod diciť. ¶ Scire aūt oportet ꝙ quicquid ꝑ hanc.36. ⁊ ꝑ.7. eā cōtinue precedentes demonstratū ē de solidis palellogramis. idē quoqꝫ veꝝ ē de seratilibus quoꝝ bases cōiter sunt trigone aut cōmuniter tetragone. hoc aūt ex.28.⁊ hac.36. ⁊.7. eā cōtinue precedentibus cōstabit igenioso inspectori. Si eni fuerint seratilia quelibet eque alta sup eandē basim vel sup bases equales cōiter tñ trigonas aut cōiter tetragonas cum ipsa sint dimidia solidoꝝ paralellogramorum suarum altitudinū ex.28. ipsa erūt equalia ex.29.⁊ trib⁹





cā ſeq̄tibus: ex his enī conſtat ſolida paralellograma ipſis ſeratilibus dupla eē equalia. Silr̄ quoq3 ſi fuerint duo ſeratilia ſup baſes cōiter t̄gonas aut cōiter tetragonas eque alta ipſa erunt ſuis baſibus ꝓportionalia queadmodū de ſolidis paralellogramis ex. 33. habet̄ ipſa enī ſunt ex. 28. dimidia ſolidoꝝ palellogramorum ſue altitudinis: ſolidoꝝ aūt palellogramoꝝ ſue altitudinis eoꝝq3 baſiū ē vna proportio ex. 33. cum itaq3 ſit ſolidoꝝ paralellogramoꝝ ꝓportio ſicut ſeratiliū q2 ſicut ſimplū ad ſimplū ſic duplū ad duplū ex. 15. quinti atq3 baſiū ſolidoꝝ paralellogramoꝝ ē proportio ſicut baſiū ſeratiliū: aut enī eedē erūt baſes ſeratiliū ꝛ ſolidorum paralellogramoꝝ: ꝛ hoc quidē erit cū baſes ſeratiliū fuerit tetragone tunc enim ex ſeratilibus ſuper eaſdē baſes erūt ſolida palellograma cōplenda: aut baſes ſeratilium erūt ſubduple ad baſes ſolidoꝝ palellogramoꝝ: ꝛ hoc quidē erit cū baſes ſeratilium fuerint cōmuniter trigone: tunc enī erunt ex ſeratilibus ſolida palellograma cōplenda adiunctis ad baſes ſeratiliū ſuperficiebus trigonis vt fiant baſes ſeratiliū cū t̄gonis adiūctis ſupficieb⁹: ſupficies eq̄diſtātiū laterū. ſeq̄t̄ ut ſit ꝓportio ſeratiliū ſicut ſuaꝝ baſiū. Eodēq3 mō ſi ſeratilia fuerint eq̄lia fueritq3 cōmuniter ſuper baſes trigonas vel cōiter ſuper baſes tetragonas: baſes eoꝝ altitudinibus ipſorum mutue erunt. Qđ ſi baſes eoꝝ ſuis altitudinibus fuerint mutue ipſa ſeratilia erunt equalia queadmodū de ſolidis palellogramis. 34. ꝛ. 35. ꝓponunt: hoc autem facile p3 ex his que dicta ſunt in. 35. ſi vero ſeratilia fuerit adinuicē ſilia: erit proportio vnius ad alterū. ſicut ꝓportio lateris vni⁹ ad ſuum reliquum latus alterius ꝓportio triplicata: queadmodū de ſolidis palellogramis. 36. ꝓponit qđ ex eadem 36. facile tibi patebit. ſi ex illis ſeratilibus ſilibus ſolidis palellogramis completis. ſolida ipſa probaueris eſſe ſimilia: qđ ex diffinitione ſimiliū corpoꝝ ꝛ ſilium ſuperficierum ꝛ ex hoc ꝙ ſeratilia ponunt̄ adinuicē ſilia ex. 34. primi leue ē negociari.

Propoſitio .37.

SI fuerint duo anguli plani equales ſuper quos due ypothemiſe in aere ſtatuant̄ cum lateribus anguloꝝ ſubiacentium ſingulos ſingulis equos angulos continentes atq3 ī illis ypothemiſis duo puncta ſignentur a quib⁹ punctis due ꝑpendiculares ad ſuperficies angulorū propoſitoꝝ demittant̄ a punctis aūt ſuper que ꝑpendiculares ceciderit ad eoſdē duos angulos planos due recte linee ducant̄ duo anguli qui ab illis duabus lineis atq3 duabus ypothemiſis cōtinent̄ equi ſibi inuicē eſſe ꝓbantur. ¶ Sint duo anguli plani. a. ꝛ. d. equales contenti lineis. a. b. ꝛ. a. c. ꝛ. d e. ꝛ: d. f. ꝛ ſuper eos erigantur due linee ypothemiſaliter. a. g. ꝛ. d. h. ſitq3 angulus g. a. c. equalis angulo. h. d. f. ꝛ angulus. g. a. b. equalis angulo. h. d. e. atq3 in duabus ypothemiſis. a. g. ꝛ. d. h. ſignent̄ q̄moilibet duo puncta. k. ꝛ. l. a quib⁹ ſm precepta. 11. huius demittantur ad ſuperficies angulorum. a. ꝛ. d. due perpendiculares que ſint. k. m. ꝛ. l. n. ꝛ protrahantur due linee. a. m. ꝛ. d. n. dico igitur angulum g. a. m. eſſe equalem angulo. h. d. n. ſi linea. a. k. eſt equalis. d. l. bene quidem. Sin autem ex linea. a. g. ſumatur. a. p. equalis. d. l. at a puncto. p. demittatur perpendicularis ad ſuperficiem anguli. a. linea que ſit. p. q. manifeſtum eſt igitur ꝙ punctum. q. eſt in linea. a. m. quod ex. 6. huius ꝛ diffinitione linearum equidiſtantium q̄s neceſſe ē eē in ſupficie vna facile ꝯſtat ſtudioſe intuenti debic: a pūcto. q. ducāt̄ ꝑpendiculares due vna ad lineā. a. b. que ſit. q. r. ꝛ alia ad lineā. a. c. q̄ ſit. q. ſ. Silr̄





cui quoqꝫ adijciendũ est hoc.nam cum ꝓportio lateris cubi ad latus trianguli cor poris ycocedri vna cũ ipso cubo ab eadẽ spera cõclusi sit sicut ꝓportio omniũ sup/ ficierꝫ corporis duodecedri piter acceptarꝫ ad omnes superficies ipsius ycocedri in eadem spera cõclusi sicut ex.8. huius demonstratũ est: erit ex.11.quinti proportio corporis duodecedri ad corpus ycocedri que ambo spera vna circũuoluit tãqꝫ ꝓ/ portio lateris cubi eidẽqꝫ spere inscriptibilis ad latus ipsius trigoni ycocedri. Amplius aũt qꝛ diuisa qualibet linea ẜm proportionẽ habentẽ mediũ duoqꝫ extrema est proportio linee potentis super totã ⁊ eius maiorẽ portionẽ ad lineã potentẽ su per totã ⁊ eius minorẽ portionẽ sicut lateris cubi alicuiꝰ spere inscripti ad latus tri/ goni corporis ycocedri ab eadẽ spera circũducti sicut ex.9. huius demonstratum ẽ erit etiã ex.11.quinti vt diuisa qualibet linea ẜm ꝓportionẽ habentẽ mediũ duoqꝫ extrema sit ꝓportio linee potentis super totã ⁊ eius maiorẽ portionẽ ad lineã po/ tentẽ super totã ⁊ eius minorẽ portionẽ veluti ꝓportio corporis duodecedri ad cor pus ycocedri que ambo vna atqꝫ eadẽ spera circũscribit. Ex dictis igiť manifestum est ꝙ ꝓportio lateris cubi alicui spere inscripti ad latus trigoni ycocedri ab eadem spera circũscripti. itemqꝫ ꝓportio cunctarꝫ superficierꝫ duodecedri ad cunctas sup ficies ycocedri que ambo sup eadẽ spera circũscribit. Et rursus ꝓportio linee poten tis super quãlibet lineã diuisã ẜm proportionẽ habentẽ mediũ duoqꝫ extrema et super eius maiorẽ portionẽ ad lineã potentẽ super eandẽ ⁊ super eius minorẽ por/ tionẽ atqꝫ iterꝫ ꝓportio corporis duodecedri ad corpus ycocedri que ambo vna ea demqꝫ spera cohercet est proportio vna. Mirabilis itaqꝫ est potentia linee ẜm ꝓ/ portionẽ habentẽ mediũ duoqꝫ extrema diuise: cui cũ plurima pholosophãtiũ ad/ miratione digna cõueniãt hoc pncipiũ vel pcipuũ ex superiorꝫ pricipiorꝫ inuaria/ bili ꝓcedit natura vt tã diuersa solida tũ magnitudine tum basiũ numero tũ etiaꝫ figura irrõnali quadam simphonia rõnabiliter conciliet. Quippe demonstratum est ꝙ proportio duodecedri corporis ad ycocedron corpus q̃ ambo spera vna co/ ambit est quasi ꝓportio linee potentis sup quãlibet lineã ẜm prefatã proportionẽ diuisã ⁊ super eius maiorẽ partem ad quãlibet lineã potentẽ super eandem ⁊ eius minorẽ ptem. quoniã vero de tribus ceteris corporibꝰ regularibus nõ habemꝰ ali quid dictũ studeamꝰ de ipsis aliquid dicere. Propositio .11.

IN omni triangulo equilatero si ab vno angulorum eius perpendicularis ad basim ducatur latus eiusdem triangu li ad ipsã ꝑpẽdicularẽ potentialr̃ sexquitertiũ eẽ ꝯueniet. ¶ Sit eni triangulus equilaterus.a.b.c.ducaťqꝫ ab angulo.a. linea a.d. ꝑpendicularis ad basim: dico ꝙ.a.b. ẽ potentialr̃ sexquitertiũ ad.a.d. sunt quidẽ ex.5. p̃mi duo anguli.b.⁊.c.eq̃les ⁊ quia anguli ad.d. sunt recti erit ꝑ.26.p̃mi linea.b.c. diuisa ꝑ equalia in pũcto.d. itaqꝫ ex quarta scdi quadratũ b.c. q̃druplũ ad q̃dratũ.b.d. ideoqꝫ etiã q̃dratũ.a.b. q̃druplũ ẽ ad q̃dratũ.b.d. Est eni triangulꝰ equilaterꝰ q̃re ꝑ penulť. primi q̃drata duarꝫ linearꝫ.a.d.⁊.b.d. pariter accepta quadruplũ sũt ad q̃dratũ.b.d. itaqꝫ q̃dratũ.a.d. triplũ ẽ ad q̃dratũ.b.d. cõstat ergo ꝓpositũ. Propositio .12.



OMnis trigonus equilaterus cuius ẽ latus rõnale supfici/ es medialis eẽ ꝓbať. ¶ Sit vt prius triangulus.a.b.c. equilate/ rus ⁊ sit latus eius.a.b. rõnale siue i longitudine siue i potentia tm̃ dico itaqꝫ ꝙ ipse triãgulus ẽ supficies medialis: ducať eni ꝑpẽdicu/

laris.a.d.ab angulo.a.ad basim:eritq̃ȝ ex premissa et ex.6.decimi ⁊ dione super/
ficiei rõnalis quadratũ linee.a.d.rõnale ⁊ linea.a.d.rõnalis in potentia:ipsa autẽ
ex vltima parte..decimi mediante premissa erit incõmensurabilis linee.a.b.ideo/
qȝ ⁊ linea .b.d.que est tanq̃ȝ eius dimidiũ.sunt itaqȝ due linee.a.d.⁊.b.d.rõnales
potentialiter tantũ cõicantes.igiť ex.19.decimi supficies vnius eaꝝ in alteram est
medialis.cumqȝ superficies vnius earum in alterã sit equalis trigono.a.b.c. ꝯstat
verũ esse quod diximus.

Propositio .13.

Cuncte supficies vtriuslibet duoꝝ solidoꝝ quoꝝȝ alterũ est piramis quatuor basium triangularium ⁊ equilateraꝝ reliquum vero est corpus octo basium triangularium et equilateraꝝ pariter accepte:si diameter spere ea circumscribentis rõnalis fuerit componũt superficiẽ medialem.

¶ Nam si diameter spere alteꝝ duoꝝ propositoꝝ corporum circũscribentis fuerit
rõnalis siue in longitudine siue in potentia tm̃:erit ex corelario.13.tredecimi libri
latus piramidis rõnale in potentia ⁊ ex corelario.15.eiusdem latus quoqȝ corpo/
ris octo basium rõnale in potentia.quare per premissam trianguli qui sunt bases
vtriuslibȝ corpis erũt supficies mediales.⁊ qr trianguli vtriuslibȝ coꝝ sibi adinuicẽ
sunt equales:erunt ex.21.decimi omnes supficies vtriuslibȝ eoꝝ pariter accepte cõ/
ponentes superficiẽ medialem quẽadmodũ ꝑponitur.⁊c.

Propositio .14.

Si tetracedron ⁊ octocedron vna eademq̃ȝ spera circumscribat erit vna ex basibus tetracedri sexquitertia ad vnã ex basibus octocedri:oẽs aũt bases octocedri piter acceptas ad omẽs bases tetracedri pariter acceptas sexquialterã ꝑportionẽ habere necesse est.

¶ Sit aliqua spera cuius diameter.a.circũscribens piramidem cui⁹ lat⁹.b.⁊ octo/
cedron cuius latus .c.dico itaqȝ ꝙ triangulus equilater⁹ cuius latus.b. sexquiter/
tius ẽ ad triangulũ equilateꝝ cuius latus.c.⁊ ꝙ supficies quã ꝯponũt octo trian/
guli equilateri cuiusqȝ quoꝝ ẽ latus.c.sexquialtera ẽ ad supficiem quã componunt
quatuor trianguli equilateri cuiusqȝ quoꝝ est latus.b.cõstat eni ex corel.13.trede/
cimi ꝙ quadratũ.a.ad quadratũ.b.sicut.6.ad.4.igiť ecõuerso quadratũ.b.ad q̃/
dratũ.a.sicut.4.ad.6.Ex corelario vero.15.eiusdẽ manifestũ est ꝙ quadratum.a.
ad quadratũ.c.sicut.6.ad.3.itaqȝ per equã ꝑportionalitatẽ quadratũ .b. ad qua/
dratũ.c.sicut.4.ad.3.quadratũ aũt.b.ad quadratũ.c.ẽ sicut trigonus equilaterus
cuius latus.b.ad trigonũ equilaterũ cuius latus.c.Vtrobiqȝ eni est sicut.b .ad.c.
ꝑportio duplicata ex secunda pte.18.sexti:igitur trigonus equilaterus cuius latus
b.ad trigonũ equilateꝝ cui⁹ lat⁹.c.sicut.4.ad.3.quare cõstat prima ps ꝑpositi. Ex
quo euidenter eliciť scđa:erit eni p ꝯuersã ꝑportionalitatẽ trigon⁹ equilaterus cui⁹
latus .c.ad trigonũ equilateꝝ cuius latus.b.sicut tria ad quatuor. iđqȝ octuplum
trigoni eq̃lateri cui⁹ lat⁹.c.ad q̃druplũ trigoni eq̃lateri cui⁹ lat⁹.b.est.sicut octuplũ
ternarij ad q̃druplũ q̃ternarij. hoc aũt sicut.24.ad.16.⁊ qr octuplum trigoni eq̃la/
teri cui⁹ lat⁹ .c.ẽ omẽs bases octocedri cui⁹ lat⁹.c. ⁊ q̃druplũ trigoni eq̃lateri cui⁹
lat⁹ .b.ẽ oẽs bases piramidis cui⁹ lat⁹.b.⁊ qr ꝑportio.24.ad. 16.ẽ sexq̃altera seq̃
tur vt supficies quã cõponunt oẽs bases octocedri cui⁹ lat⁹.c.ad supficiẽ quã cõpo
nũt oẽs bases piramides cui⁹ lat⁹.b.sexq̃altera sicut dixim⁹ i ꝑportione respiciat.



Propositio .15.

Piramide quatuor basium triangulariũ atq; eqlaterarũ intra sperã quãlibet collocata si a quolibet angulorum eius per centrum spere recta linea ad basim ducatur in centrũ circuli basim circũscribentis eam cadere atq; eidem basi perpendiculariter insistere necessario comprobatur.

¶Sit piramis .a.b.c.d .4. basium triangulariũ atq; eqlateraꝝ intra sperã aliquã cuius centrũ sit f.collocata ⁊ cũ quilibet quatuor angulorum istius piramidis possit esse conus eius at qlib; quatuor triangulorum basis Imaginemur nũc eius solidũ ãgulum.a.esse conũ ⁊ triangulũ .b.c.d.imaginemur esse basim atq; huic basi intelligamus circũscriptũ esse circulũ.b.c.d.dehinc a puncto.a.quẽ imaginati sumus conum piramidis ducamus ad basim.b.c.d.lineã rectã transeuntẽ per punctũ.f.qui est centrũ spere circũscribentis piramidẽ de qua disputamus ⁊ occurrat hec linea superficiei .b.c.d. quã imaginati sumus basẽ piramidis sup punctũ.e. dico igit꜡ q̄ punctũ.e.ẽ cẽtrũ circuli .b.c.d.⁊ q̄ linea.a.f.e.ẽ perpendicularis ad supficiẽ.b.c.d producam enim lineas.f.b.f.c.f.d.⁊ q: quatuor puncta.ã.b.c.d.sunt in superficie spere cuius centꝝ.f. ꝓpter hoc q̄ illã speram positũ est circumscribere hanc piramidem erunt omnes quatuor linee.f.a.f.b.f.c.f.d.adinuicem equales sunt enim ducte a centro spere ad eius superficiem:ergo q: duo latera.a.f.⁊.f.b.trianguli. a.f.b sunt equalia duobus lateribus.a.f.⁊.f.c.trianguli.a.f.c.⁊ basis.a.b. basi.a. c.nã piramis posita est equilatera:erit ex octaua primi angulus.a. f.b. equalis angulo a.f.c.ideoq; p.13.primi ãgul⁹ quoq;.b.f.e.erit eq̃lis ãgulo.c.f.e.Eodẽ modo ꝓbabis angulũ .d.f.e.esse equalẽ angulo.c.f.e.necesse est eni ex octaua primi ut angulus.a.f.e.sit equalis angulo.a.f.d.quare p.13.primi angulus quoq;.c.f.e.erit eq̃lis angulo .d.f.e.sunt igitur tres anguli.b.f.e.c.f.e.d.f.e.adinuicẽ equales.protractis igit꜡ lineis.e.b.e.c.⁊.e.d.sequit꜡ ex quarta primi bis assumpta eas esse adinuicem equales.ideoq; per.9. tertij punctus.e.ẽ centrũ circuli.b.c.d. ⁊ q: perpendicularis ducta a centro spere ad superficiẽ cuiuslibet circuli eam secantis cadit sup centrũ eiusdẽ circuli sicut ex his que p̃missa sũt videlic; ex his q̄ decimã hui⁹ immediate p̃cedunt didicisti cõuincit꜡ lineã.a.f.e.eẽ ꝑpẽdicularẽ ad supficiem circuli.a.b.c. queadmodũ ꝓponit꜡ .Sin aũt erũt eiusdẽ circuli duo cẽtra qḋ natura tanq̃; ĩpossibile exhorruit.

Propositio .16.

Solidum octo basiũ triangulariũ atq; equilateraꝝ qḋ ab aliqua spera circũscribitur diuisibile est in duas piramides eque altas quaꝝ altitudo equalis ẽ semidiametro spere:basis autẽ vtriusq; quadratũ qḋ est sub duplũ quadrato diametri spere. ¶Esto corpus octo basiũ triangularium atq; equilateraꝝ cuius sex anguli sint.a.b.c.d.e.f.circũscripta a spera cuius centrum.g constat itaq; q̄ sex puncta .a.b.c.d.e.f.sunt in superficie spere cuius centrum.g. si igit꜡ centrũ.g.iungatur cũ quolibet hoꝝ sex punctoꝝ erũt due linee iũgentes ipsũ cis adinuicẽ equales cũ ipse sint a centro spere ad superficiẽ:cũ aũt ex corel꜡.15.tredecimi sit diameter spere potentialiter dupla ad lat⁹ hui⁹ corpis erit ex quarta scdi latus huius corporis potentialiter duplũ ad semidiametꝝ spere.quadratũ ergo.e.f. duplũ ẽ ad quadratũ.c.g.ĩoq; eq̃le duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ .c.g .⁊.g.f. itaq; p penul꜡.primi angulus .c.g.f.ẽ rectus.eadem rõne quisq; trianguloꝝ.f.g.d.



d.g.e.z.e.g.c.est rect⁹ quare p.14. p̄mi z.c.g.d.z.f.g.e.ē linea vna: igit̄ ex scđa.11 quinq3 puncta.c.f.d.e.g.sunt in sup̄ficie vna. Manifestū ē aūt ex quinta primi: z 32.eiusdē q̄ quilibet quatuor anguloꝝ.c.e.d.f.ē rectus: igit̄ ex diffinitione quadrati sup̄ficies.c.e.d.f.ē quadrata.z q2 latus eius ē latus ꝓpositi corporis.constat ex correlario.15.tredecimi istud quadratū esse subduplū q̄drato diametri spere. cō/ sili quoq3 rōcinatiōne ꝯstat vtrāq3 duaꝝ lineaꝝ.a.g.z.g.b.cū q̄libet q̄tuor lineaꝝ c.g.f.g.d.g.e.g.continere angulū rectū: iōq3 ex.4.vndecimi vtrāq3 eaꝝ ēe perpendicularē ad superficiē.c.e.d.f.z ambas sc3.a.g.z.g.b.p.14.p̄mi componere lineā vnā: diuisum ē igit̄ ꝓpositū corpus in piramidē.a.c.f.d.e.cuius basis quadratū.c e.d.f.quod est subduplū quadrato diametri spere z etiā altitudo linee.a.g.que est semidiameter spere z in piramidē.b.c.f.d.e.cuius basis est predictū quadratum z eius altitudo linea.g.b.quod est semidiameter spere: z hoc ē qđ oportebat ōndere



Propositio .17.

Piramidē quatuor basium triangulariū atq3 equilateraꝝ spera aliqua circūscribente erit proportio tetragoni qui sub linea potentialiter sub sexquitertia ad dodrantē lateris ipsius piramidis z sub linea super quinq3ptiente vicesimasseptimas eiusdē dodrantis cōtinetur ad quadratum diametri spere sicut corporis ipsius piramidis ad corpus octo basiū triangulariū atq3 equilateraꝝ que ambo eadem spera circūducantur ¶ Sit spera cuius diameter.a.b.z centrū.h.circūscribens piramidem quatuor ba/ sium triangulariū atq3 equilateraꝝ.a.c.d.z corpus octo basiū triangularium atq3 equilateraꝝ qđ sit.e.sitq3 linea.l.m.potētialiter sub sexquitertia ad dodrantem li/ nee.a.c.que ē latus piramidis z linea.n.m.cōtineat dodrantē predictū z ei⁹ quinq3 vicesimasseptimas sitq3.p.quadratū diametri.a.b.dico itaq3 q̄ ꝓportio pira/ midis.a.c.d.ad octocedron.e.ē sicut sup̄ficiei.l.m.in.m.n.ad quadratū.p. imaginemur eni solidū angulū.a. esse conū piramidis z basi3 piramidis cuius vnū lat⁹ est.d.c.secare diametrū spere in puncto.f.eritq3 quēadmodū ex rōcinatiōe.13.tredecimi manifestū ē.a.f.dupla ad.f.b.cumq3 etiā.a.h.sit dupla ad.h.b.erit ex.19. quinti.h.f.dupla ad.h.f.iōq3.a.f.quadrupla ad.f.h.imaginemur igit̄ superficiem secantem piramidē.a.c.d.super centrū spere equidistanter basi ipsius. sitq3 linea g.k.cōis sectio huius sup̄ficiei z triāguli.a.c.d.eritq3 ex.17.vndecimi ꝓportio.c.a ad.a.g.sicut.f.a.ad.a.h.igit̄.c.a.ad.a.g.sicut.4.ad.3.sic eni est ex euersa propor/ tionalitate.f.a.ad.a.h.constat etiā ex scđa pte.29.primi z.16.vndecimi z.10.eius/ dem z prima pte scđe sexti z diffinitione similiū sup̄ficieꝝ z similiū corpoꝝ q̄ pi/ ramis.a.g.k.ē si͠lis piramidi.a.c.d.ideoq3 ex.8.duodecimi ꝓportio piramidis.a c.d.ad piramidē.a.g.k.est sicut.c.a.ad.a.g.triplicata quare sicut.4.ad.3.triplicata.constat autem ex secunda octaui q̄ ꝓportio quatuor ad tres triplicata est sicut 64.ad.27.itaq3 proportio piramidis.a.c.d.ad piramidē.a.g.k.est sicut.64.ad.27 fiat ergo triangulus equilaterus.q.r.s.ex linea equali.a.g.quā cōstat eē dodrantē linee.a.c.z producatur linea.q.t.perpendicularis ad.r.s.eritq3 ex.11.huius linea q.t.potentialiter sub sexquitertia ad lineam.q.r.ideoq3 equalis.l.m.adijciat̄ quoq3 linee.r.s.linea.s.x.ita q̄ proportio.r.x.ad.r.s.sit sicut.64.ad.27.diuidaturq3

r.x.per equalia in.v.vt sit.r.v.32.de partibus illis de quibus.r.s.est.27.aut.r.x.
64.eritqꝫ.r.u.equalis.m.n.Et ducantur linee.q.u.⁊.q.x.eritqꝫ ex prima sexti pro/
portio trianguli.q.r.x.ad triangulum.q.r.s.sicut.64.ad.27.cumqꝫ per eandē trian
gulus.q.r.x.sit duplus ad triangulū.q.r.u.at ex.41.primi qd̄ fit ex.q.t.in.r.u.du/
plum quoqꝫ sit ad triangulū.q.r.u.erit qd̄ fit ex.q.t.in.r.u.⁊ ipsū ē equale superfi
ciei.l.n.eq̄le triangulo.q.r.x.q̄re ꝓportio supficiei.l.n.ad triangulū.q.r.s.ē sicut
64.ad.27.ïoqꝫ sicut piramidis.a.c.d.adpirmiadē a.g.k.manifestū ē aūt ex.15.b⁹
ꝙ linea.a.f.ē ꝑpēdicularis ad basiꝫ piramidis.a.c.d.ideoqꝫ p.19.vndecimi linea
a.b est etiā perpendicularis ad basim piramidis.a.g.b.igit̄ altitudo.a.g.k.pi/
ramidis est semidiameter spere.diuidat̄ itaqꝫ octocedron.e.quēadmodū ꝓponit
premissa:erit itaqꝫ vtraqꝫ duaꝝ piramidū in quas ipsū.e.diuidit̄ eq̄ alta piramidi
a.g.k.nam singulaꝝ altitudo est semidiameter spere.q꞉ igitur oēs laterate pirami
des eque alte suis basibus sunt ꝓportionales vt in.6.duodecimi demōstratum est
erit proportio piramidis.a.g.k.ad vtrāqꝫ eaꝝ in quas diuidit̄ octocedron.e.sicut
basis eius ad bases eaꝝ:q̄re per.24.quinti ꝓportio piramidis.a.g.k.ad totū octo
cedron.e.est sicut sue basis quā cōstat esse equalem triangulo.q.r.s.ad bases am/
barum piramidū in quas diuidit̄.e.pariter acceptas quas constat esse eq̄les qua/
drato diametri spere per premissam videlicet.p.qm̄ ergo ꝓportio piramidis.a.c.
d.ad piramidem.a.g.k.est sicut trigoni vel tetragoni.l.n.ad trigonū.q.r.s.videli
cet.64.ad.27.⁊ piramidis.a.g.k.ad octocedron.e.sicut trigoni.q.r.s.ad quadra/
tum.p.erit per equā proportionalitatē ꝓportio piramidis.a.c.d.ad octocedron.e
sicut tetragoni.l.n.ad quadratum.p.⁊ hoc erat demonstrandum.

❡Ex premissis igitur manifestum est ꝙ perpendicularis veniens a centro spere piramidē quatuor basiuꝫ triangularū atqꝫ equilateraꝝ circumscribentis ad quālibet basim ipsius piramidis equalis est sexte parti diametri spere.

❡Cum enim cuncti trianguli piramidem ambientes sint siles ⁊ equales erūt quo
qꝫ circuli ipsos circūscribentes equales.ideoqꝫ ꝑpendiculares a centro spere ad eos
dem circulos in eoꝝ cētra erūt etiā eq̄les:ꝑpendiculares autē cadentes ad circlos
sunt ꝑpendiculares ad bases piramidis itaqꝫ perpendiculares ad bases sunt ad/
inuicē equales.linea aūt.b.f.est ꝑpēdicularis ad basim piramidis.a.c.d.quā.b.f
q꞉ constat ex predictis esse sextā partē diametri.a.b.relinquitur ergo esse veruꝫ qd̄
per correl̄.concluditur.Ideꝫ aliter demonstrare contingit si prius hoc antecedens
fuerit stabili ratione firmatum.

❡In omni triangulo equilatero linea descendens ab vno angulorū eius orthogonaliter supra basim tripla est ad perpendicularē que a centro circuli trigonum ipsū circūscribentis ad quodlibet latus eius protrahitur.

❡Sit enim triangulus.a.b.c.equilaterus sitqꝫ.d.centrum circuli ipsum circumscri
bentis a quo ducantur linee ad singulos angulos quas manifestum est esse equa/
les cum sint a centro circuli ad circumferentiam.Sint enim tria puncta.a.b.c.in
circumferentia circuli ipsum trigonum circumscribentis.protrahatur autem.a.d.
in continuum ⁊ directum quousqꝫ obuiet lateri.b.c.super punctum.e.constat igi/
tur ex octaua primi ꝙ angulus.a.d.b.est equalis angulo.a.d.c.ideoqꝫ ex.13.p̄mi











angulus.b.d.e.ē equalis angulo.c.d.e.quare per quartã primi.b.e.ē equalis.e.c. ⁊ anguli qui sunt ad.e.recti:itaqꝫ.d.e.perpendicularis ē ad.b.c.veniens a centro circuli circũscribentis trigonum .a.b.c.⁊.a.e. perpendicularis est etiã ad.b.c.veniens ab vno anguloꝝ predicti trigoni:dico ergo ꝙ.a.e.tripla est ad.e.d.cõstat enĩ ꝙ tetragonus qui fit ex.d.e.in.e.b.equalis est trigono.b.d.c.tetragonꝰ quoqꝫ qui fit ex.a.e.in.e.b.equalis ē trigono.a.b.c.at quia trigonus.a.b.c.triplus ē ad trigonũ.d.b.c.eritqꝫ tetragonus qui fit ex.a.e.in.e.b.triplus ad eum qui fit ex.d.e. in.e.b.cum igiẽ ex prima sexti sit ꝓportio tetragoni.a e.in.e.b.ad tetragonũ.d.e in.e.b.sicut.a.e.ad.e.d.erit.a.e.tripla ad.e.d.quẽadmodũ proponitur.

¶ Necesse est ergo vt perpendicularis cadens ab aliquo angulo alicuius trigoni equilateri super latus oppositum transeat per centrum circuli trigonum ipsum circumscribentis.

¶ Nunc itaqꝫ qđ promisimus absoluamus ad hoc aũt imaginemur piramidẽ quatuor basium triangulariũ atqꝫ equilateraꝝ cuius vna ex quatuor basibus eius sit trigonus .a.b.c.circumscriptã esse a spera cuius centrum.d.⁊ protrahatur linea.d e.ꝑpendicularis ad superficiẽ trianguli.a.b.c.quã constat cadere in centrũ circuli dictũ trigonũ circũscribentis.dico igitur lineã.d.e.esse sextã ꝑtẽ diametri spere ꝓpositã piramidẽ circũscribentis:producã eni lineã.d.c.⁊ lineam.c.f.perpendicularem ad lineã .a.b.quã.c.f. ex proximo correlario cõstat transire per punctũ.e.⁊ ex premisso antecedente triplã esse ad.e.f. Constat autem ex quarta secundi ꝙ scđm ꝙ quadratũ diametri spere cuius centrũ.d.est.36.ē quadratũ semidiametri .d.c. 9.ex correl'.aũt .13.tredecimi est quadratum.b.c.24.⁊ꝑ.11.huius quadratũ.c.f.18. ⁊ per premissum antecedens quadratum.c.e.8.qꝛ igitur ex penul'.primi quadratũ d.c.ē equale quadratis duaꝝ lineaꝝ.d.e.⁊.e.c.ē aũt quadratũ.d.c.9. ⁊ quadratũ c.e .8.ꝓut quadratũ diametri spere est.36.relinquitur quadratũ.d.e. vnum prout quadratũ diametri spere ē.36. itaqꝫ linea.e.d.est vnũ ꝓut diameter spere est.6.qđ oportebat probare.Eodem demonstrationis genere demonstrabiẽ nobis ꝙ semidiameter spere circumscribentis corpꝰ .8.basium triangulariũ atqꝫ equilateraru tripla ē in potentia ad perpendicularẽ a centro spere circũscribentis ipsũ ad quãlibet suarum basium descendentẽ:cõstat quidẽ quẽadmodũ dictum ē priꝰ ꝙ cũ oẽs bases huius corporis sint equales ⁊ siles erunt circuli ipsas circũscibentes equales ideoqꝫ perpendiculares a centro spere i ipsoꝝ circuloꝝ centra cadentes erunt adinvicẽ equales.cumqꝫ perpendiculares ad circulos basium sint quoqꝫ perpendiculares ad bases sequitur vt perpendiculares a centro spere ad singulas bases adinvicẽ sunt equales.Si ergo qđ dicimus de perpendiculari ad vnã suaꝝ basiũ probetur:relinquetur verũ eẽ qđ proponiẽ.Sit itaqꝫ ut prius triangulus.a.b.c.vna ex basibus octocedri circũscripti a spera cuius centrũ.d.⁊ cetera quoqꝫ fiant vt prius cũ igitur ex correl'.15.tredecimi diameter spere sit potentialiter dupla ad latꝰ octocedri.sequitur vt latus octocedri sit potentialiter duplũ ad semidiametꝝ spere.iõqꝫ cum quadratũ linee.b.c.est .12.erit quadratũ linee.d.c.que ē semidiameter spere.6.ex.11.autẽ huius cum quadratũ.b.c.ē.12.quadratũ.c.f.ē.9.Et ex premisso antecedente quadratum.c.e.est.4.itaqꝫ cũ q̇dratũ.d.c.que est semidiamiter spere est .6.quadratum .c.e.est .4. ⁊ quia ex penultima primi quadratum.d..c.est equale quadratis duaꝝ linearũ .c.e.⁊.e.d. sequitur ut quadratũ.e.d.sit duo ꝓut quadratum.d.e.est .6. constat ergo qđ diximus.



Propositio .18.

Duplum quadrati quod ex diametro spere cubum circū/scribentis describitur equū ē omnib⁹ superficiebus ipsi/us cubi pariter acceptis: perpendicularis quoque que a centro spere ad quālibet ex superficieb⁹ cubi ꝑducit me/dietati lateris cubi eiusdē eq̄lis eē ex necessitate cōuincit. ¶ Manifestū ē eni ex correlario .14. tredecimi ꝙ diameter spere cubum includens tripla est in potentia ad latus cubi. cum igitur quadratum diametri spere triplū sit ad quadratum lateris cubi ⁊ ita triplum: duplū quadrati diametri spere equum sit sexcuplo quadrato lateris cubi. Sunt autē oēs superficies cubi sex quadrata que ex latere cubi in se producuntur. itaqꝫ duplum quadrati diametri spere equum est omnibus superficiebus cubi. Constat igitur prima ps: scdam autem partem ex .18. ⁊ .19. ⁊ .40. vndecimi libri facile probabis.

¶ Ex his ergo euenire necesse est vt ex medietate lateris cubi ī bisse quadrati producti ex diametro spere ipsū cubū ābientis cubi solidi/tas ꝑducatur. ¶ Explicit liber decimusquartus Incipit liber Decimusquintus.

Propositio .1.

Intra propositum cubum corpus habens quatuor bases triangulas equalium lateruꝫ designare. ¶ Sit cubus cuius basis est quadratuꝫ a.b.c.d. suprema vero eius supficies quadratū .e.f.g.h. Ipsum aūt hac arte fabricare conueniet q̄dra/to basis ꝫm quālibꝫ lineā ex .45. primi descripto sup singulos angulos eius ex .12. vndecimi cathecus ꝫm mensurā lateris ipsius quadrati erigatur quos ex .6. vndecimi constat esse equidistantes. Quiqꝫ ergo eo/rum bini ⁊ bini coraustо eis imposito equidistanter lateri quadrati continuenī. Constat igitur esse cōpo/situm cubū: nā quatuor ei⁹ laterales supficies sunt quadrate ex .33. primi ⁊ ex .34. eiusdem ⁊ diffinitione quadrati: de suprema autē superficie. manifestum est quoqꝫ ꝙ ipsa ē quadrata ex. 10. imo .24. vndecimi ⁊ hac cōi scia que equalib⁹ sunt equa/lia sibi quoqꝫ sūt equalia: ⁊ ex diffinitione quadrati. Si itaqꝫ huic cubo libeat cor/pus quatuor basium triangulariū ⁊ equilateraꝝ inscribere: in basi ⁊ in ei⁹ supficie suprema protrahantur due diametri quaꝝ vna cōtinuet duas extremitates infi/mas duoꝝ cathecoꝝ ⁊ alia cōtinuet supremas alioꝝ duoꝝ quas aio intelliges esse a.c. ⁊ h.f. dehinc a duobus punctis .h. ⁊ .f. terminantibus diametrum supficiei su/preme demitte ypothemisaliter binas ⁊ binas diametros q̄ q̄uor laterales super/ficies diuidant quas imaginaberis esse ab .h. quidem .a.h. ⁊ .h.c. at vero ab .f. .f.a ⁊ .f.c. has aūt diametros in hac plana figura ꝓtrahere cōtempsi ne multitudo li/neaꝝ cōfunderet intellectū. si igiť figurā hāc ut oportet actu vel aio cōpleueris vi/debis ex sex diagonalibus lineis sex superficies ipsius cubi diuidentibus pirami/dem quatuor basium triangularium esse perfectam q̄ꝫ cubo proposito ex diffinitio/ne constat esse inscriptam: huius autem piramidis bases equilateras esse constat eo ꝙ ex quarta primi omnes iste sex diagonales sunt adinuicem equales.



Propositio .2.

Intra datum corpus habens quatuor bases triangulas atq; equilateras corpus octo basium triangularium equalium laterum distinguere.

¶ Si itra piramidē quatuor basiū triangulariū ⁊ equilateraꝝ octocedron libeat inscribere prius cōuenit piramidē ipsā fabricare q̄ rōne certa hoc modo cōponitur. Statuat̄ scd̄m cuiuslibet linee quātitatē trigonus equilaterus qui sit.a.b.c.cui circūscribat̄ circulus supra centꝝ.d.⁊ excat.d.e. ꝑpendicularis ad sup̄ficiem ipsius trigoni ex.12.vndecimi: que ponat̄ dupla esse in potencia ad semidiametꝝ circuli circūscribentis trigonū.a.b.c.⁊ a puncto.e.cadāt tres ypothemise super tria puncta.a.b.c.Est itaq; cōpleta piramis quatuor basiū trilateraꝝ ⁊ equilateraꝝ ꝓtrahant̄ eni.d.a.d.b.d.c.cū igit̄ anguli quos cōtinet linea.e.d cum singulis lineis.d.a.d.b.d.c.sint recti ex diffinitione perpendicularis ad sup̄ficiē.cumq; quadratū linee.e.d.sit ex ypothesi duplū ad quadratum semidiametri circuli.a.b.c.erit ex penultima primi quadratū vniuscuiusq; triū ypothemisarium lineaꝝ.e.a.e.b.e.c.triplum ad quadratū semidiametri circuli.a.b.c. sed ex octaua tredecimi quadratum quoq; cuiusq; triū lateꝝ trianguli.a.b.c.triplum ē ad quadratū semidiametri eiusdē circuli: igit̄ oīa latera statute piramidis sunt adinuicem equalia quare ipsa est equilateraꝝ basiū. Cum itaq; sibi octocedron includere voluerim⁹ diuidemus vnūquōq; sex lateꝝ eius in duo media equalia ⁊ cōtinuabimus mediū punctū cuiusq; lateris cū medijs punctis cunctoꝝ reliquoꝝ lateꝝ cū quibus ipsū continet ⁊ angulū superficialē. verbi gratia diuidā latera basis in punctis.f.g h.⁊ ypothemisas cadentes ab.e.i pūctis.k.l.m.⁊ ꝯtinuabo pūctū.f.cū pūcto.g.⁊ cū.h.⁊ cū.k.⁊ cū.l.pūctūq;.m.cū eisdē.g.h.k.l.⁊.g.cū.h.⁊ cū.l.⁊.k.cū eisdē.h.⁊.l Ecce itaq; perfectū est corpus octo basiū triangulariū his duodecim lineis media puncta laterum fabricate piramidis iungentibus cōtentum: hac aūt octo bases ex quarta primi quotiens oportet repetita equilatera esse manifestū est: ipsum quoq; corpus statute piramidi ex diffinitione inscriptum quemadmodum iussi eramus efficere.



Propositio .3.

Intra cubum assignatum figuram octo basium triangularium equalium laterum constituere cubo intendimus inscribere octocedron.

¶ Qualiter aūt cubū cōponere oporteat i prima hui⁹ sufficienter dictū est.igitur fabricato cubo piramis quatuor basiū triangularium ⁊ equalium lateꝝ in eo ex prima huius designet̄.ac intra ipsam piramidem expremissa octocedron distiguatur.quo facto simul etiā factū erit quod voluimus. Constat enim ex ratiocinatione prime latera cuncta ipsius inscripte piramidis esse diagonos basium cubi ⁊ ex rōcinatione premisse liquet cunctos angulos octocedri in hac piramide distincti esse in lateribus ipsi⁹ piramidis: quare manifestū ē omnia angularia puncta hui⁹ octocedri esse i basib⁹ assignati cubi. igit̄ ex dione habem⁹ ꝓpositum. Aliter idem centris cunctarum basiū cubi quēadmodū i nona quarti sit reptis a cētro supreme sup̄ficiei ei⁹ ad cētra quatuor lateraliū superficieꝝ quatuor ypothemisas demitte ⁊ a cētro infime ⁊ ad earūdem lateraliū superficierum cētra quatuor alias ypothemisas eleua centra quoq; quatuor laeraliū quatuor rectis lineis cōtinua ita videlicet ꝙ centra earum tantū que seinuicem secant continuos

Uerbi grã. iungas centꝝ anterioꝝ cũ centro dextre ⁊ cũ cẽtro sinistre: centꝝ quo/
qꝫ vltime iunges cũ eisdẽ. hoc eni cũ centro dextre ⁊ cũ centro sinistre. habes itaqꝫ
corpus octo basiũ triangulariũ his. 12. lineis que centra sup̄ficieꝝ cubi cõplexũ con
tinuant. Si igitur has bases equilateras esse ꝓbare volueris: a cetris basium cubi
ad cuncta ipsius latera ꝑpendiculares ꝓtrahe quas necessariũ ẽ oĩa latera ipsius
cubi ꝑ equalia diuidere ex s̄cda pte tertie tertij: quod planũ ẽ si vnicuiqꝫ basiũ cu/
bi circulũ circũscripseris atqꝫ iõ binas ⁊ binas super idem punctũ in lateribus ba/
siũ cubi cõstat cõcurrere easqꝫ ex s̄cda pte. 13. tertij patet adinuicẽ eẽ equales ⁊ equi
distantes lateribus cubi ex s̄cda pte. 28. primi. iõqꝫ etiã singulas esse equales dimi/
dio lateris cubi. igit̃ ex. 10. vndecimi manifestũ est binas ⁊ binas caꝝ sup idẽ latus
cubi in medio eius puncto cõcurrentes rectũ angulũ continere: eo ꝙ omnes super
ficies cubi sunt quadrate. Quare igitur ille. 12. linee centra sup̄ficieꝝ cubi cõtinuan/
tes ⁊ anguli quos hee linee super media puncta laterũ cubi cõcurrentes bine ⁊ bine
cõtinent subtendũtur ipse erunt ex quarta primi vl' etiã si maius ex penultima pri
mi adinuicẽ equales: ergo est in ꝓposito cubo designatũ corpus octo basiũ trian/
gulariũ ⁊ equilateraꝝ. qd̃ oportebat facere. ⁊c.

Propositio .4.

Intra datum corpus octo basium triangulariũ atqꝫ equi
laterarum cubum figurare.

¶ Non dubites quin corp⁹ octo basiũ triãgulariũ atqꝫ equilateraꝝ
certo dogmate fabricabis hoc modo qualibet recta linea super aliqd̃
planũ sursũ orthogonaliter erecta eã ꝑ equalia diuide ⁊ a puncto ei⁹
medio duas lineas hincinde ꝑpendiculares extrahe que cõponant lineã vnã erunt
qꝫ hee due linee seinuicẽ secantes videlicet prima que super positũ planũ ẽ ortho/
gonaliter erecta ⁊ alia que ipsã sup eius mediũ punctũ orthogonaliter secat i eadẽ
sup̄ficie site sunt ꝑ primã ptẽ s̄cde vndecimi. Ad superficiem igitur in qua ipsẽ site
sunt super cõem punctũ sectionis earum queadmodũ. 12. docet vndecimi perpen/
dicularem erigere quã facias eandẽ sup̄ficiẽ in vtrãqꝫ ptem penetrare: ⁊ pone cun
cta. sex portiones haꝝ trium linearum a puncto in quo seinuicẽ secant equales.
sic eni quelibet quãlibet ꝑ eq̃lia ⁊ orthogonaliter diuidet. ita ꝙ cum sint tres q̃qꝫ
due eaꝝ salutifere crucis venerandũ signũ ad angulos rectos cõtinebũt a supremo
igitur erecte linee sup positũ planũ puncto quatuor ypothemisas ad extremitates
duaꝝ lineaꝝ ipsã secãtium demitte: deinde ab infimo eiusdẽ erecte pũcto: q̃tuor ali
as ypothemisas ad easdẽ duaꝝ secantiũ lineaꝝ extremitates eleua: postremo quo/
qꝫ harũ ypothemisaꝝ extremitates quatuor rectis lineis quadratum cõtinentibus
cõtinua. Erũt enim hec duodecim linee videlicet q̃tuor ypothemise a supmo pun/
cto erecte ꝑpendicularis descẽdẽtes: quatuor que postreme ab eius infimo puncto
sursũ eleuate ⁊ relique quatuor linee haꝝ ypothemisaꝝ extremitates continuantes
ex penul'. primi sine iunctionis puncto pluries repetita adinuicem eq̃les: q̃re con/
stat corpus ab eisdẽ terminatũ octo basibus triangularib⁹ equilaterisqꝫ contineri
Si igitur huic corpori cubum inscribere delectat centra octo triangulorum ipsum
ambientium inuenire ex quinta quarti labora. eaqꝫ reperta. 12. lineis rectis hac le/
ge cõtinua vt centꝝ cuiusqꝫ hoꝝ trianguloꝝ cũ cẽtro cuiusqꝫ triũ ad ipsi⁹ latera ter
minatoꝝ ꝑ rectã lineã copulet̃. nõ ẽ aũt h⁹ rei idoneũ figuram i plano depingere.
ideoqꝫ restat vt quod dicitur mente cõcipias ipsũqꝫ si placet actu ⁊ ope conpleas

videbis enī.12. lineis hoꝝ trianguloꝝ centra posita lege cōtinuantes cubū conti/
nere quē restat vt equilateris rectangulisqꝫ superficiebus demonstres esse conclu
sum.nō enī erit cubus nisi omnes eius sup̄ficies sint quadrate.ducito ergo a quo/
libet angulo trigonoꝝ superficieꝝ octocedri perpendicularem ad latus i li angulo
oppositū.has autē ꝑpēdiculares ex.11. q̄rtedecime cōstat eē adinuicē eq̄les ꝛ diui
dere latera quibus ꝑpendiculariter insistunt per equalia.ideoqꝫ binas ꝛ binas sup
idem punctū lateris cui superstant conuenire:easdēqꝫ cōstat ex his que i.17.quar
tidecimi demonstrata sunt transire per centra trianguloꝝ.ideoqꝫ ꝑ extremitates
laterū inclusi corporis transire ac eaꝝ portiones que intra centra trigonoꝝ ꝛ late/
ra ipsoꝝ intercipiunt̄ ex his etiā in eadē demonstrata sunt constat esse equales an
gulos quoqꝫ ab his ꝑpēdicularibꝰ binis ꝛ binis coeūtibꝰ cōtētos ex.8.primi patet
esse equales.Et quia hec perpendiculares sueqꝫ portiones inter centra ꝛ latera in
tercepte eosdem angulos ambiunt:erunt quoqꝫ anguli quos linee a centris trigo/
noꝝ ad latera perpendiculariter cadentes hinc ꝛ hinc cōtinēt adinuicē equales.cū/
qꝫ latera illius corporis de quo disputamus hos angulds subtendunt. sequitur ex
quarta primi frequenter sumpta corpus inclusū esse equilateꝝ at quoqꝫ rectangulū
protrahant̄ enī diagoni in singulis superficiebꝰ hos diagonos ex quarta p̄mi oēs
adinuicem equales eē conuinces mediantibus angulis a duabus perpendiculari/
bus per ipsaꝝ diagonoꝝ extremitates transeuntibus contentis si prius hos angu
los ex.8.primi equales sibi inuicē esse probaueris.cū igitur diameter tetragonarū
basium corporis huius sint adinuicem equales:latera quoqꝫ earundē basiū equa
lia esse necesse est ex.8. primi multotiens repetita ipsas tetragonas bases eē equi/
angulas.atqꝫ ex.32.primi oēs anguli cuiusqꝫ eaꝝ sunt equales quatuor rectis. se/
quitur eas esse rectangulas:itaqꝫ ex diffinitione quadrati ipse sunt quadrate:igit̄
inscriptum corpus manifestum est esse cubum sicut intendimus.

Propositio .5.

PYramidem quatuor basium triangularium atqꝫ equilate
rarum assignato corpori octo basiū triangularium quo/
qꝫ atqꝫ equilaterarum inscribere.

¶Assignato corpori octo basiū inscribe ſm precepta premisse cubū
cuboqꝫ inscripto inscribe.vt docet prima piramidē huiꝰ q̄lis ꝓponit̄
cum igitur huius piramidis anguli sint etiā anguli cubi quēadmodū ex demōstra/
tione prime manifestum ē.cuncti autem anguli cubi sunt ex premisse in sup̄ficiebꝰ
assignati octocedri:erunt quoqꝫ cuncti anguli piramidis huius in superficiebꝰ cor/
poris octo basium cū eam iubemur inscribere:quare ex diffinitione manifestum ē
nos fecisse quod queritur.

Propositio .6.

INtra datū corpus viginti basiū ꝛ equaliū lateꝝ corpus
duodecim basiū pētagonaliū eq̄liū lateꝝ atqꝫ equalium
anguloꝝ figural'r cōponere.¶Corpꝰ.20.basiū nō docemꝰ hic
fabricare quoniā ex.16.tredecimi qua cōuenit arte hoc fieri satis eui
dens est eo igitur ut ibi docet̄ cōposito.si sibi corpꝰ.12.basiū pētago
naꝝ atqꝫ equilateraꝝ includere delectat hac via procedendum ē.Manifestum enī
est:20.triangulos.60. superficiales angulos hr̄e.ꝛ qr ad ꝯstitutionē vniuscuiusqꝫ
solidi āguli corpis ycocedri quiqꝫ sup̄ficiales conueniūt sicut ex demr̄atione.16.tre
decimi colligitur.constat illud corpꝰ duodeci solidis angulis cōpleri.inuentis igit̄ ut

in ante premissa centris cunctorũ triangulorũ totũ ycocedron terminantiũ ea.30. rectis lineis cõtinua ita q̄ cuiusq; centꝝ centris omniũ circũiacentiũ cũ quibus cõ municat in latere per rectas lineas iungas.cũ ergo hoc feceris videbis ex illis.30. lineis duodecim pentagonis constitui.12.angulis solidis dati ycocedri:oppositos hos itaq; pentagonos queadmodũ in antepremissa fecisti de basibus cubi equila teros esse probabis.Necesse est eni vt cuiuslibet trianguloꝝ duoꝝ idem latus ha bentium centra eodem spatio distant.restat ergo vt eos etiã equiangulos esse silo gises.Manifestũ est autẽ ex rõcinatione.16.tredecimi datum corpus viginti ba/ sium ab eadẽ spera cuius diameter est tanq; diameter hui⁹ corpis videlicet lineas que duos eius angulos oppositos cõtinuat esse circũscriptibile .Si igit̃ hec diame ter per mediũ secet̃ punctus sectionis erit centrũ spere ipsum circũscribentis ab eo. itaq; ad superficies cunctoꝝ pentagonoꝝ perpendiculares ex.11. vndecimi ducto ꝛ a puncto in quo singulis pentagonis obuiauerint ad singulos eoꝝ angulos re/ ctas lineas dirigito.deinde centrũ spere cum singulis angulis ipsoꝝ pentagonoꝝ continuato:age ergo eos ꝓba eẽ equi angulos hoc modo. Cum eni omnes circuli circumscribentes trigonos ycocedri sunt equales erunt omnes perpendiculares a centro spere ad ipsos venientes ꝛ in eoꝝ cẽtra cadentes equales:omnes ergo linee a centro spere ad angulos cuiuslibet pentagoni venientes sunt equales. nam an/ guli pentagonoꝝ sunt cẽtra circulorum trigonos ipsos ycocedri circumscribentiũ ex ypothesi igitur ex penultima primi eodem argumentationis genere quo supius in.14.silogisauimus sectorẽ prouenientẽ in superficie spere cum aliqua plana super ficies sperã secat nõ super centrũ eius esse circũferentiã cõtinentẽ circulũ:necesse ẽ quinq; lineas venientes a concursu perpendiculariter ducte a centro spere ad sup ficies omnium pentagonoꝝ ad quinq; angulos cuiusq; pentagoni esse adinuicem equales.itaq; omnib⁹ his duodecim pẽtagonis ẽ circulus circũscriptibilis.cũ igit̃ ipsi sint eq̃lateri cõuincit̃ eos esse etiã equiangulos q̃d oportebat ostendere.

Propositio .7.

Intra datũ corpus duodecim basium pentagonaꝝ equi/ laterarum atq; equiangularũ corpus viginti basium tri/ angularium atq; equilaterarum fabricare.

¶ Qualiter corpus duodecim basium petagonoꝝ equilateraꝝ atq; equiangulaꝝ cõponere oporteat ex.17.tredecimi require.Sed quali/ ter corpus viginti basium triangularium ꝛ equilaterarum sibi conueniat inscribi hic addisce suorum pentagonoꝝ centris vt in.14.quarti fit repertis ea adinuicem 30.lineis hac lege continua vt vniuscuiusq; pentagoni centrum centro cuiusq; pẽ/ tagoni secum in latere cõicantis iungatur ita videlicet q̄ vniuscuiusq; pentagoni centrum centris quinq; pentagonorum terminantiũ vel circũiacentium contineat̃. cum igitur hoc feceris obuient tibi viginti trianguli ab his.30.lineis centra pen/ tagonorum continuantibus contenti.eruntq; hi viginti trianguli viginti solidis gulangulis ipsius duodecedri oppositi amplectentes corpus viginti basium trian arium quas equilateras eẽ demonstrabimus ꝛ erũt.12.solidi anguli huius corpis 20.basiũ in cẽtris.12.pentagonorum corpus dati duodecedri terminantium:hos itaq;.20.triangulos equilateros eẽ sic proba.a cẽtris pentagonoꝝ ducito ꝑpẽdicu lares ad latera erũtq; oẽs ꝑpẽdiculares equales binas ergo ꝛ binas ꝓbabis ex

octaua primi equos angulos continere: & quia linee continuantes centra pentagonorum bis angulis a binis & binis perpendicularibus contentis subtenduntur: cum omnes perpendiculares sint equales: erunt ex quarta primi omnes linee continuantes centra pentagonorum equales: quod est propositū: Perpendiculares autē binas & binas equales angulos continere & omnes eas adinuicem esse equales sic collige. Ex quinta primi & .26. eiusdem constat singulas earum diuidere latera pētagonorum super que cadunt per equalia: easq3 esse adinuicē equales ductis lineis a centris pentagonorum ad singulos angulos eorum: quare bine & bine super ide3 latus cadentes in eodem ipsius lateris puncto coibunt eo q2 vtraq3 diuidit illud latus duobus pentagonis a quorum centris veniunt cōmune p equalia: has igitur ppendiculares binas & binas vsq3 ad angulos quibus cōmune latus in quo coeunt oppositum per centra penthagonorum producito & eisdem āgulis duas lineas subtendito quas ex demonstratione. 17. tredecimi manifestum est esse tanq3 latus cubi ab eadem spera cum proposito duodecedro circumscriptibili. ideoq3 patet eas esse equales eo q2 omnia latera cubi sint equalia. easdēq3 liquet ex nona vndecimi esse equidistantes ppter hoc q2 ambe equidistant cōmuni latere in quo bine & bine perpendiculares cōueniunt. At vero ipsas easdē constat ex his perpendicularibus per equalia diuidi. itaq3 per. 33. primi cuncte linee continuantes puncta i quibus bine & bine perpendiculares super has lineas quas tanq3 cubi latera fore diximus cōcurrunt sunt adinuicē equales. Nam omnes sunt tanq3 latus cubi. igitur ex octaua primi anguli contenti a binis & binis perpendicularibus sunt equales: quare per quartam eiusdem linee quoq3 continuantes centra pentagonorum sunt sibi inuicem equales: inscriptum ergo ē proposito duodecedro corpus viginti basium triangularium & equalium laterum sicut iussi eramus

Propositio .8.

Solido duodecim basium pentagonarum atq3 equilaterarū proposito intra ipsū cubum distinguere.

Cum duodecedron super cubi latera fabricetur ut constat ex. 17. tredecimi minimum eo fabricato sibi conuenit cubū inscribi. nam cum duodecim sunt pentagoni si vni9cuiusq3 eorum vni angulo put cubi figuram videbis exigere chordam vnam subtenderis ex eis duodecim chordis sex equilateras rectangulasq3 superficies cubi & corpus amplectentes perficies Equilateras quidem eas esse constat ex quarta primi: rectangulas autem eodem argumentationis genere quo id sexta huius bases duodecedri dato ycocedro inscripti demonstrauimus esse equiangulas: constat quidem ex decimaseptima tredecimi propositum duodecedron spere esse inscriptibile: ergo a centro: illius spere ad omnes has quadrilateras superficies perpendiculares: ut docet vndecima vndecimi protrahe & a puncto concursus ad singulos angulos illarum quadrilaterarū superficierum rectas lineas dirige. Ac eosdem angulos quadrilaterarum superficierum cum centro spere iunge: eruntq3 hee linee centrum spere cū angulis quadrilaterarum superficierum continuantes semidiametri spere de quarum quadratis quia dempto quadrato perpendicularis remanēt ex penultima primi quadrata linearum continuantiū punctum cōcursus perpendiculariū cum angulis quadrilaterarum superficierum necesse est omnibus his quadrilateris superficiebus circulos esse circumscriptibiles

ióq3 necesse ē eas esse equiangulas cum sint equilatere. Et q2 ex. 32. primi anguli cu iusq3 ea℞ pariter accepti sunt equales quatuor rectis angulis. sequitur eas eē rectā gulas nihil ergo deest inscripto corpori de ratione cubi.

Propositio .9.

DAto duodecedro sibi demum octocedron includere.

¶ Composito duodecedro ut in. 17. ꝛ tcij decimisex latera suarum supficierū ea videlicet que cathecos sup sex lineas opposita latera su perficierum cubi per equalia secantes erectis tanq3 eorum corausti iungunt per equalia diuide: eaq3 bina ꝛ bina adinuicē composita cō tinua per tres lineas qui seinuicem super medium punctum diametri cubi ex. 48. vndecimi per equalia secabunt: eruntq3 vt quoq3 due ea℞ trium seinuicem quoq3 ad angulos rectos diuidant. Si igitur harum trium linearum extremitates per. 12 lineas rectas continuaueris perueniet tibi corpus octo basiu3 triangulariū ꝛ equi laterarum ꝛ quarta pmi vel si mai⁹ ex penultima primi: qꝺ oportebat ostendere.

Propositio .10.

INtra assignatum duodecedron piramidem quatuor basi um triangularium atq3 equilaterarum adhuc restat distin guere.

¶ Assignato duodecedro inscribe cubum ex octaua huius cuboq3 pi ramidem ex prima. cum igitur anguli piramidis sint in angulis cubi vt patet ex rōcinatione prime ꝛ anguli cubi in angulis duodecedri ex rōcinatione octaua; erunt quoq3 anguli piramidis in angulis duodecedri. itaq3 cōstat quod vo lumus.

Propositio .11.

PRoposito ycocedro in eo cubum figurare.

¶ Ycocedro inscribi duodecedron ex sexta ac duodecedro cubum ex octaua: constat autē ex demonstratione sexte ꝙ omnes anguli duo decedri cadunt super centrum basium ycocedri ꝛ anguli cubi sunt in angulis duodecedri: itaq3 anguli cubi sunt i centris basium ycocedri habemus ergo propositum.

Propositio .12.

ICocedron datum piramidem quatuor basium triangula rium atq3 equilatera℞ sibi postulat inscribi

¶ Si in dato ycocedro ex premissa cubum inscripseris cuboq3 ex p ma piramidem incluseris quin postulationi ycocedri satisfeceris hesitandum non erit. Scire autem oportet quod cum sint quinque regularia corpora de quorum mutua abinuicem inscriptōe in hoc. 15. libro deter minet̄ si vnūqꝺq3 co℞ quilib3 cētro℞ eēt inscriptibile. 20. eorūdē inscriptōes acci derēt Quippe quil3 co℞ quinq3 eēnt cetera q̄tuor inscriptibilia. ióq3 q̄ter quiq3 in scriptōes qꝺ ē. 20. necessario ꝓuenirēt. at vero piramidi solū octocedron ꝯueniēs est inscribi. Non enim sūt in piramide bases aut anguli aut latera in quib⁹ angu li cubi aut ycocedri aut etiam duodecedri possint extrema ipsi⁹ piramidis ꝯtingere

Quinque corpora regularia
Cubus
Corpus 4or basium triang.
Corpus octo basium triang.
Corpus 20 basium triang.
Corpus 12 basium pentagonorum

Cubum quoqꝫ soliꝰ piramidis ⁊ octocedri vt octocedron solius piramidis et cubi receptioni sunt apta qualiter eni in eorum alterutro. 12. angulos ycocedri. Aut. 20. angulos duodecedri. ita vt singuli in coꝝ singulis cadant collocabis: ycocedron autẽ cũ cetera cõuenienti ambitione possit cõplecti soliꝰ ycocedri nequit esse receptaculum. nam octocedri sex anguli semidiametrali seinuicẽ bini ⁊ bini oppositione respiciunt lineeqꝫ eos continuantes sese per equalia orthogonaliter diuidunt. itaqꝫ illud gl'osũ signũ ad cuius intuitũ cõsternant̃ demones sub rectis ãgulis triplicatũ reddant. hos itaqꝫ triangulos neqꝫ bases neqꝫ anguli neqꝫ latera ycocedri possunt sub suo situ recipere neqꝫ eni in eo reperies sex bases aut sex angulos aut sex latera hac diametrali orthogonaliqꝫ oppõne se cõtinentes: duodecedron autẽ nulli ceteroꝝ sue ambitionis denegauit hospiciũ imo cunctoꝝ receptator existit. vnde nõ incõuenienter duodecedri figurã antiqui platonis discipuli ascribere vel ascripsere celo quẽadmodũ piramidis formã igni eo ꝙ sursum sub piramidali figura euolet. ac octocedri aeri. Quippe sicut aer ignem motus ꝓuitate sequitur sic octocedri forma piramidis. formã ad motũ habilitate comittat̃. Viginti vero basium signram atqꝫ dictauerunt. nã cum ipsa basium pluralitate plus ceteris circulet̃ in sperã fluentis rei motui magis q̃ꝫ scandentis conuenire visa est. Cubon vere figurã quidaꝫ dedere terre. quid eni in figuris maiori ad motũ violentia indiget quam thessera. At in elementis quid fixius constantiusqꝫ reperit̃ terra. si igitur ex. 20. inscriptionibus. 3. quas piramis nõ substinet binasqꝫ a quibus naturã cubi ⁊ octocedri aliena est. Rursusqꝫ vnã cui ꝛrepugnat ycocedri figura reieceris erũt relique tñ. 12. inscriptiones piramidis quidem sola cubi vero octocedrique bine: ycocedri autem tres duodecedri autem quatuor de quibus omnibus vt arbitror sufficienter alias disputatum est.

Propositio .13.

FAbricato quouis quinqꝫ regulariuꝫ corpoꝝ sibi speram inscribere.

¶ Ex tertiodecimo libro itaqꝫ manifestũ est vnũqđqꝫ q̃nqꝫ horũ corporum esse spere inscriptibile. nũc itaqꝫ cõstabit viceuersa sperã vnicuiqꝫ ipsoꝝ esse inscriptibilẽ. a circũscribentis eni spere centro ad bases vniuersas cuiuslibet eorum perpendiculares exeant quas intra centra circuloꝝ bases ipsas circumscribentium cadere necesse est. cumqꝫ omnes circuli eas circumscribentes sint equales eruntqꝫ hec perpendiculares equales. itaqꝫ si ꝫm quantitatem vnius earum circulum super centrum circumscribentis spere descripseris eiusqꝫ semicirculum quousqꝫ ad locum vnde moueri ceperit redeat circũduxeris quia ipsum per extremitates cunctaꝝ perpendicularium necesse est transire conuinces ex corelario. 15. tertij speram istius semicirculi motu descriptam vniuersas bases assignati corporis in concursibus perpendicularium contingere. Non enim plus potest spera de basibus corporis cõtingere quã circũductus semicirculus dũ mouebatur contingit: quare assginato corpori constat nos speram quemadmodũ ꝓpositum erat inscripsisse.

¶ Opus elementorũ euclidis megarensis in geometriã artẽ In id quoqꝫ Campani ꝑspicacissimi Cõmentationes finiũt. Erhardus ratdolt Augustensis impressor solertissimus. venetijs impressit. Anno salutis. M. cccc. lxxxij. Octauis. Calẽn. Iuñ. Lector. Vale.